

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

**ΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ ΜΟΥΣΑΙ**

**HERODOTI
HALICARNASSENSIS HISTORIARUM LIBRI IX**

PARISIEN. — EXCEDEANT FIRMEN-DILOT, VIA JACOB, 56.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ

2/8/27

HERODOTI HISTORIARUM LIBRI IX

RECOGNOVIT

ET COMMENTATIONEM DE DIALECTO HERODOTI PRÆMISIT

GUILIELMUS DINDORFIUS

CTESIÆ CNIDI


ET CHRONOGRAPHORUM, CASTORIS, ERATOSTHENIS, ETC.

FRAGMENTA DISSERTATIONE ET NOTIS ILLUSTRATA

A

CAROLO MÜLLERO

GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT

INSTITUTI FRANCÆ TYPOGRAPHO

VIA JACOB, 56

M DCCC LXXVII

10. ~~WEDDING~~
11. ~~WEDDING~~

751m
1877
MAIN
PA 4502
A2
1979
MAIN

DIALECTUS IONICA HERODOTI

CUM DIALECTO

ATTICA VETERI COMPARATA.

SCRIPSIT

GUILIELMUS DINDORPIUS.

Dialecti Ionicæ quattuor species accurate distinxit Herodotus 1, 142 (1), Caricam, Lydiam, Chiam cum Erythræa, Samiam. Eas an disputationis de dialecto Ionica suæ fundamentum fecerit Philoxenus (2) an non fecerit nescimus : qui hodie supersunt grammatici duo hujus dialecti genera distinguere solent, quorum alterum τὴν ἀρχαίαν sive παλαιὰν ίάδα appellant, Homericam vel epicam veterem intelligentes, alterum τὴν δευτέραν vel μεταγενεστέραν vel ὑστέραν vel νέων sive νεωτέραν ίάδα (3), quibus nominibus comprehenduntur quicunque post

(1) Herodoti verba sunt, γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οἶτον νεομίκησι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγωγέων. Μίλητος μὲν αὐτέων πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην, μετὰ δὲ Μιοῦς τε καὶ Πριήνην αἴται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοικεῖται κατὰ ταῦτα διαλεγόμεναι σφι, αἵδε δὲ ἐν τῇ Λαδίῃ, Ἐφεσος, Κολοφὼν, Λέσβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια. Αὗται δὲ αἱ πόλιες τῆσι πρότερον λεχθείσαι δομολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν, σφίσι δὲ διμοφωνέουσι. "Ετι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι ίάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκεῖσται, Σάμου τε καὶ Χίου, ή δὲ μία ἐν τῇ ἡπείρῳ Νηρυται, Ἐρυθραῖ. Χίοι μέν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τῶντὸ διχλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἔωντῶν μοῦνοι. Οὗτοι χαραχτῆρες γλώσσης τέσσερες γίνονται.

(2) Philoxeni de dialecto Ionica liber aliquoties memoratur ab Etymologici M. compositore (p. 531, 14; 540, 47; 616, 48), nihil tamen inde afferente præter argutas de vocabulorum quorundam etymologia opinione.

(3) V. schol. Apollonii Rh. 1, 1081, Etym. M. p. 821, 40, gramm. in Cramerii Anecd. Oxon.

vol. 1, p. 265, 7, Euystath. p. 1643, 1; 1714, 16, ad Dionys. P. 384. Quattuor species, ut Herodotus fecit, distinguere videtur Grammaticus codicis Leidensis in appendice ad Greg. Cor. p. 629 : γεγόναστ δὲ κυτῆς (τῆς ίάδος) μεταπτύσσεις δ. quo cum comparanda Gregorii Cor. verba p. 490, ex Joanne grammatico descripta : εἰδένεται δεῖ ὡς ή μὲν ἀρχαία ίάς μετέπεσε παρὰ τὴν τῶν κατοικούντων περιτροπήν. διέμεινε δὲ ἐνισχείσου τοῦ καιροῦ, ἐφ' ὅποιησαν οἱ Ἰωνες τὰς ἀποικίας καὶ διεσπάρησαν εἰς τόπους πλεόνας. Manifestum tamen est hos quoque grammaticos nihil ceteris peritiiores fuisse. Nam nec Gregorius in libro suo quidquam discriminis inter dialectum Homeri et Herodoti animadvertisit et grammaticus Leidensis diversissimos hujus dialecti scriptores miscens verbis supra positis addit, κέρτηται δὲ αὐτῇ Ὁμηρός τε καὶ Ἡσίοδος καὶ πολλοὶ ἐποκοιοτέλει, καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἰππῶνας καὶ Ἡρόδοτος διστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος δ φυσικὸς καὶ Ἰπποχράτης διατρός.

HERODOTUS.


a

Epicos veteres Ionice scripserunt. Quam parum subtilem distinctionem esse patet, quum et epicis poetis multis usi sint vocabulis vocabulorumque formis vel ex aliis dialectis petitis vel propter metri heroici necessitatem inventis, quae nunquam in communem ullius gentis Ionicæ usum sunt receptæ, qui autem præter Epicos Ionice scripserunt multis modis inter se discrepaverint, prout quisque vel nativam veterum Ionum linguam exprimere, vel dialectum epicam cum delectu quodam imitari, vel ad veterum Atticorum dialectum, quam ex Ionica originem duxisse constat, proprius accedere propositum habebret. Cujus discriminis etsi suspicionem aliquam habuerunt unus alterque grammaticorum (4), parum tamen fructuosæ eorum observationes sunt, quae eo fere redeunt ut scriptores dialecto Ionica alios puriore alios minus pura usos esse referant, quibus autem rebus dialecti illius major minorve puritas censeatur docere supersedeant. Itaque nihil aliud nobis relinquitur quam ut Ionicorum scriptorum libris qui integri supersunt perditorumque fragmentis diligenter per vestigatis, adhibitisque grammaticorum de formis Ionicis testimoniis, quas quisque scriptor leges secutus esse videatur indagare studeamus. Quæ res multis magnisque implicita est difficultatibus. Primo enim scriptorum antiquissimorum, quos cum recentioribus comparasse ad cognoscenda Ionismi initia et progressus gravissimi foret momenti, opera interierunt, quæ autem supersunt perexigui ambitus fragmenta pleraque omnia in linguam vulgarem translata exhibentur ab grammaticis. Deinde scriptorum Ionicorum superstitionis codices, labe jam antiquis temporibus contracta et quo frequentius opera illa describerentur tanto majorem in modum aucta, incredibilem experti sunt librariorum et negligentiam et temeritatem. Nam quum librarii Homeri potissimum Atticorumque scriptorum lectioni assueti essent, alii, quo nullum est frequentius genus errorum, formis vocabulorum Ionicis Atticas substituerunt, alii genuinam antiquiorum codicum lectionem inferendis formis Homeris

(4) *De Hecatœ et Herodoto* Hermogenes vol. 3, p. 399 ed. Walz. : ‘Εκαταῖος δὲ διὰ Μιλήσιος, παρὸν δὴ μάλιστα ὡρέληται δὲ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μὲν ἔστι καὶ σαρῆς, ἀν δὲ τις καὶ ἥδυς οὐ μετρίως, τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτω Ιάδι καὶ οὐ μεμιγμένη χρησάμενος, οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποιεῖται, ητούτον ἔστιν ἐνεκά γε τῆς λέξεως ποιητικός. Quocum Walzius comparavit recentiorum quorundam grammaticorum excerpta in appendice ad Greg. Cor. p. 679 et 910, quorum alter Hippocratem τῇ ἀκράτῳ Ιάδι usum esse contendit, uterque autem Herodoto τὴν μεμιγμένην τῇ ποιητικῇ dialectum tribuunt. *Contra Herodotus* τῆς Ιάδος ἄριστος κανὼν appellatur ab Dionysio Hal. vol. 6, p. 775,

et Ἰωνικῆς διαλέκτου κανὼν ὡς Ἀττικῆς Θεοχυλίδης a Photio Bibl. p. 19, 18. Samia dialecto usum eum esse hariolatur scriptor vita Herodoti ab Suida excerptus, non alio, ut videtur, arguento motus quam quod Sami commoratum esse constaret Herodotum. *De dialecto Hippocratis Galenus* vol. 12, p. 153 : ... ἐνīων μὲν γραφόντων « ἔχοντι τὸν ἱητρὸν », ἐνīων δὲ χωρὶς τοῦ κατ’ ἀρχὴν εἰ « χρῆν τὸν ἱητρὸν ». ἔστι γάρ ἀμελεῖ καὶ τοῦτο σύντθετος τοῖς Ἀττικοῖς, ὃν τῇ διαλέκτῳ χρῆται κατὰ τι καὶ δὲ Ἰπποκράτης, ὃς ἀποφῆνασθαι τινας αὐτὴν ἀρχαῖαν Ἀτθίδα. ‘Εμοὶ δὲ καθ’ ἕτερον ἴδια γράμμα μικρὸν δὲ φρονῶ περὶ τῆς Ἰπποκράτους διαλέκτου δεδήλωται etc., et brevius vol. 8, p. 517.

interpolarunt, alii denique, qui præ ceteris sapere sibi viderentur, obseurum quendam sensum suum secuti falsaque analogiæ specie decepti formas finxerant quæ ipsis quidem viderentur Ionicæ, revera autem nemini Græcorum veterum unquam essent auditæ. Verum ut in omni literarum genere tanta est vis veritatis ut quantumvis obscurata tamen extirpari funditus nequeat, ita his minutis quoque in rebus, si quis numerosis quæ vel in codicibus relicta sunt vel e grammaticoruī libris eruere licet veræ rationis vestigiis prudenter uti sciat, tenebræ, quibus hæc materia involuta esse vulgo creditur, si non omni, certe maxima ex parte dispelli posse videntur. In quo labore, quod ad Herodotum attinet, post immemorabiles aliorum conatus primus rectam viam ingressus est C. L. Struvius, Gymnasii dum viveret Regiomontani doctor, editis Quæstionum de dialecto Herodoti speciminibus tribus a. 1828-1830, quibus ille pauca tantum quædam vocabulorum genera, sed eximia et diligentia et perspicacitate tractavit. Hujus igitur viri exemplum secutus ego reliquam laboris partem absolvere studui, omissio tamen quem addere facile, sed ab hujus scriptionis consilio alienum erat copiosiore doctrinæ apparatu, quem H. L. Ahrensiū expositurum esse speramus, qui in explicandis linguae Græcae dialectis egregiam operam ponere cœpit. Mihi enim nihil aliud nunc propositum fuit quam ut tirones qui ad Herodoti lectionem accederent probabili hujus dialecti scientia imbuerem moneremque ut ab superstitione sibi caverent reverentia codicum, quorum auctoritate sola qui regi judicium suum patiuntur perinde faciunt ac si quis tesserarum jactu decernendum esse contendat quibus quoque in loco vocabulorum formis usus esse putandus sit Herodotus.



DIALECTUS IONICA HERODOTI

CUM DIALECTO

ATTICA VETERI COMPARATA.

§ 1.

De permutationibus consonantium.

Litera δ pro σ posita duobus tantum in vocabulis, δδική ejusque compositis et Ισμεν. De utroque dicetur § 21 in indice alphabeticō

Z fuerunt qui pro δ positum esse crederent in vocabulo ζορχάδες, quod 4, 192 legitur, duobus in libris δορχάδες scriptum, quemadmodum χέρας δορχάδος legitur in omnibus 7, 69. Nihil causse est cur alterutra forma Ionicæ dialecto adscribatur, ut hoc quidem argumento dijudicari non possit utra forma usus sit Herodotus. Quum tamen probabilius videatur librarios ζορχάς in δορχάς mutasse quam contra, ζορχάδος corrīendum videtur 7, 69. Eadem vocabuli ζάπεδον ratio est, quod pro δάπεδον dixit Xenophanes apud Athen. 11, p. 462, C. Id per μέγα ίδαιρος explicuit Hesychius: ex quo manifestum est fuisse qui ex ζα et πέδον compositum esse crederent. Mirus vero Heraclidis vel, quod credere malim, Eustathii Heraclidis sententiam referentis error de litera ζ pro γ ab Ionibus posita in vocabulo δλίζον, de quo is ita scribit p. 1643, 1, ut δλίζος δλίζη δλίζον dictum esse videatur, τὸ δλίγον δλίζον (hoc accentu) καὶ Ἡρακλείδην Ἰωνές φασιν οἱ νεώτεροι τῷ ζ ἀντὶ τοῦ γ γράψενοι. Positivus hujus adjectivi gradus δλίγος est, dialectis nihil inter se discrepantibus, nisi quod Tarentini δλίος dixerunt. Comparativi forma poetica δλίζων et genere neutro δλίζον est, quae ut aliorum adjectivorum gradus comparativi interdum ponitur ubi positivo locus est.

Positivi forma δλίζος nemini, ut opinor, Graecorum audita fuit.

Literarum χ et π permūtatio propria est adjectivis ποῖος πόσος πότερος et adverbīis πῇ ποῖ ποῦ πῶς πόθεν ποτέ eorumque formis relativis ἡποῖος δπόσος δπῃ etc. et adverbīis compositis οὐποτε οὐδεπότε οὐδεπάποτε etc. quae omnia Iones constanter per χ scripta pronunciarunt κόσος κότερος etc., quorum duo exempli caussa ponit Apollon. De synt. p. 61, 28: οὐ μὴν ἐπὶ τοῦ ποῖος καὶ τῶν δμοίων (τὸ δασὺ εἰς ψιλὸν μετατίθεσιν Ἰωνες), εἰ γε κοίσς φασι καὶ κόσος οὐ γάρ διὰ τοῦ φ ἐδύνατο τὰ τοιαῦτα μόρια ἔκφρεσθαι διὰ τὸ ἀνταποδιδόμενον φωνῆς δασύ· ἀλλ' οὐδὲ δλλο τι σύμφωνον ἐδύνατο παραδέξασθαι ή μόνον τὸ χ· δέδειχται γάρ δτι καὶ ἀνταπόδοσις ψιλὸν ἀπαιτησύμφωνον, ἀλλ' οὐδὲν ἀλείπετο ψιλὸν ή τὸ τ., δπερ χατετέταχτο εἰς τὸ τοῖος καὶ τόσος. De iisdem Gregorius Cor. p. 413: τῷ χ ἀντὶ τοῦ π ἐν τοῖς ἐρωτηματικοῖς καὶ ἀναφορικοῖς κεγρῆσθαι εἰώθασιν, οἷον πότα κόσα, δπότα δκόσα, δπως δκως· inepte vero additur οὐ μὴν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, quod ex alio codice καὶ μὴν καὶ — scribendum. Eadem enim omnium istiusmodi vocabulorum ratio est, nisi quis ποδαπός et δποδαπός eximere velit, quod per π scriptum in libris omnibus 5, 13; 7, 218; 9, 16. Verum huic quoque adjectivo literam χ recte restituisse arbitror Bekkerum.

Literæ χ et π permūtantur in verbo δέχομαι quod Iones pro δέχομαι dixerunt, de quo v. § 21 s. v. Δέχομαι. Absurdum vero est quod quidam sunt commenti πανταχῆ pro πανταχῆ dictum esse 2, 124, ubi nunc ex aliquot codicibus παν-

ταχῖν est restitutum, quæ forma in aliis omnibus legitur locis Herodoti.

Litera ξ pro duplici σ posita in formis adjectivorum δισσός et τρισσός Ionicis διξός et τριξός.

§ 2.

De consonantibus tenuibus (χ π τ) pro aspiratis (χ φ θ) positis.

Eustathius p. 468, 32 : Ἰωνινὶ δίδικα ἡ τῶν δασέων καὶ ψιλῶν ἀντιμεταχώρησις εἰς τὰ σύστοιχα. Δηλοῦσι καὶ τὰ τοῦ γλυκέος Ἰωνος Ἡροδότου, τὸ ἐνθεῦτεν, τὸ κιθών, τὸ βάθραχος, καὶ πολλὰ τῶν κοινῶν καὶ ιδιωτικῶν· τὰ γοῦν ἀχάνθια ἀγάντια τινές φασιν ἔωντας ἀνδρῶν· ... Ἰωνικῶν δὲ ιδιώτισται καὶ τὸ ἐκ τῆς χύτρας συνταθὲν μονόκυθρον. Apud Herodotum hæc literarum permutatio tribus constanter adhibita est vocabulis, ἐνθαῦτα ἐνθεῦτεν et κιθών. Substantivi χύτρα, quod κύθρη Ionice dixit Herodes apud Stobæum Floril. 78, 6, nullum in Herodoti libris exemplum est: legitur vero χύτρες 5, 88, et nomen loci Χύτραι 7, 176, quæ dubitari potest an κύθρης potius et Κύθραι sint scribenda. Illud vero non dubium est, quin βάθραχος, quod sine ullo librorum dissensu legebatur 4, 131, in βάθραχος fuerit mutandum, quod ego restitui. Nam Eustathii de hac forma testimonium, haud dubie ex antiquiore grammatico excerptum, maius facit momentum quam codicum cunctorum auctoritas. Ceterum ex Eustathio interpolatus est Gregorius Cor. p. 414, ubi § 28 totam, quæ a quattuor codicibus melioribus abest, ejicere debebant editores.

Eandem legem Herodotus sibi scripsit in literis tenuibus spiritum asperum antecedentibus quum in compositione tum in elisione, quas Attici in asperas mutant, ille vero non mutatas servat, ἀπάτεται ἀπικνέεσθαι ἐπιγράψαν ἐπορθάν κατηγέσθαι κατύπερθε, ἀπ' οὖν ἐπ' οὐ καὶ alii omnia hujusmodi dicens. Nam quod ἀφεὶς 1, 77; ἀφελούμεθα 2, 114; ἀφεὶς 1, 206; 5, 106; ἀφήσειν 7, 193; ἀφεῖτο 8, 49; μένει 1, 37 et 39; ἀφεδρος 5, 41, in librīs vel omnībus vel plerisque leguntur, librariorū, non Herodoti culpa est, qui ubique consonantibus tenuibus usus erat, quemadmodum ἀπέλγοθε ἀπεῖς ἀπήσοντες ἀπεθητοί alibi sæpius apud eum leguntur et ἐπέδρην 1, 75, et 5, 65: de quibus restituendis jam Schæferus et Schweighäuserus cogitarunt. Denique καθώς 9, 82 in κατώς mutantandum foret, nisi probabilior Schæferi emendatio esset καὶ restituentis. Faciliorem excusationem ἔφοροι habet, quod legitur 1, 65; 5, 41; 6, 63, 65, 82; 9, 7-11, 76. Hoc enim quum magistratus Spartani nomen

sit, Herodoto fortasse non opus visum est Ionicæ accommodare dialecto, quæ ἔφοροι postularet. Similis Ἀφετῶν ratio est, quod nomen est loci terræ Magnesiæ ab verbo ἀφίναι ductum, de quo Herodotus 7, 193: ἐνθεῦτεν ξυλέλλον ὑδρευσάμενοι ἔς τὸ πελαγὸς ἀπήσειν (libri ἀφήσειν), ἐπὶ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε Ἀφεταί. Id igitur per φ scriptum reliqui et hoc loco et infra c. 196, et 8, 4, 6, 7, 8, 11, 12, 14, sed ubique correxi vitiosum accentum librorum Ἀφεταί. Nam nomen esse oxytonum docet Herodianus apud Arcadium p. 114, 1: τὰ εἰς την παραληγόμενα τῷ ε κύρια ὄντα βαρύνεται, βρεμέτη Ὁχυτέτη Δημαρέτη· τὸ δὲ Ἀφεταί πληθυντικῶν λέγεται. Recto accentu scriptum apud Stephanum Byz. et in librīs plerisque Diodorū 11, 12; vitiose apud Plutarch. V. Themist. c. 7, et Strabon. 9, p. 436.

Easdem leges vix dubitari potest quin reliqui quoque scriptores Ionici sint secuti, licet librīi plerisque literas aspiratas substituerint, velut in librīs Hippocratis et Aretæi, in quibus constanter fere ἀφικνέεσθαι, ἀφηλικέστερος et alia hujusmodi leguntur, notata jam ab Heringa Observ. crit. p. 46.

§ 3.

De literis σσ.

Literas σσ, quæ in verbis et nominib. in ττ mutantur in vulgari dialecto Atticorum, non solum Herodotus, sed omnes omnino scriptores Ionici servarunt non mutatas, ἀλλάσσων γλῶσσα θάλασσα Τυμησσός et reliqua omnia hujusmodi dicentes, quemadmodum de Atticis quoque veteribus tragici et Thucydides fecerunt.

§ 4.

De permutationibus vocalium.

Literæ α et ε paucis tantum quibusdam in vocabulis permutantur. Nam μέγαθος et ὑπερμεγάθης pro μέγεθος et ὑπερμεγέθης, τάμνω et τράπω pro τέμνω et τρέπω dixit Herodotus: de quibus formis dicetur § 21 in indice alphabeticō. Contra α in ε mutarunt Iones ἥρην pro ἄρην et τέσσαρες τεσσεράκοντα et τέσσαρες τεσσεράκοντα dicentes.

Litera η pro ε brevi Atticorum posita est in vocabulis διπλήσιος τριπλήσιος ceterisque hujus formæ numeralibus, λάζομαι λάξις, μεσαμβρίη, ἀμφισσατέω ἀμφισσασία: de quibus exponetur § 21 s. v. Διπλήσιος. Male vero in librīs interdum τεσσεράκοντα pro τεσσεράκοντα scriptum, et πεντηκόσιοι (p. 435, 20, 33, 36) pro πεντακόσιοι,

quod recte legitur alibi, ut p. 3, 20; 121, 3; 435, 51; 439, 6; 456, 53. Nam quod Homerus πεντηκόσιοι metri caussa dixit Od. Γ, 7, nihil ad Herodotum.

Latissime apud Iones literæ η usus patet pro α longo Atticorum positæ, accommodate ad lingue Ionicæ mollitiem, quod non fugit Aristodem Quintilianum De mus. p. 92 : ή Ἰάς τὸ στερεὸν ὑποτελλομένη τοῦ α καταφέρεται πρὸς τὸ η· τὸ δὲ θῆλυ μέν εστὶ κατὰ τὸ πλειστον. Ac primo quidem α in η mutatur in terminatione declinationis primæ in α et ας, velut αἰτίη αἰτίης αἰτίην, καρτερὴ καρτερῆς καρτερῆ καρτερήν, θηλυδρίης θηλυδρίην, Στρυμονίης Στρυμονίην, Στρυμονίην.

2º In nominibus tertiae declinationis in ας litteram α natura longam habentibus, velut θώρηξ θρηξ οἰκηξ, θώρηχος θρηχος οἰκηχος et reliquis trium numerorum casibus, et derivatis, velut θωρηχόρος et οἰκιζω pro θωραχόρος et οἰκιζω.

3º In nominibus quibusdam tertiae declinationis in αν : quale est epicum Τιτῆνες pro Τιτᾶνες. Apud Herodotum præter Αἰνῆνες vel Ἐνῆνες 7, 132, quod Homero præeunte dixisse videtur, unum, ni fallor, hujus generis exemplum est Ἀκαρνῆνα 7, 221, quod si recte legitur, Ἀκαρνήν 2, 10, et 7, 126, necessario Ἀκαρνήνη, scribendum erit. Sed vereor ne Herodotus Ἀκαρνάνα potius dixerit. Alia ejusdem terminatioonis nomina sunt Ἄγριανες 5, 16, Γωδᾶνες 4, 186.

4º In adverbii in α et αν terminatis, velut λάθρη λίνη πέρην.

5º In paralexī substantivorum et adjectivorum eorumque derivatis : qualia sunt θυμίμαχ, τριχάρηνος, Ἰστρινός Παριηνός Σαρδινός, Στησίνωρ, τιήρης, ἀνηρός, θυμίτης, θυμίτης, θυμιητής, θυμιητήριον, θεητής, Κρητωνίτης Κροτωνίτης Παρωρείτης (quod recte scriptum 8, 73 : unde correxi quod 4, 148 legebatur Παρωρεάτας) Ποτιδαιητής Σπαρτιήτης Σπαρτιητικός, θεητός ἀξιοθέτος περητός νησιπέρητος, Δημάρητος Λυκάρητος, θέντρον, ίστιντωρ ίστιντόριον. Servatum α apud Herodotum 5, 68 in nominibus Doricis Υῶται Ὄνεᾶται Χοιρεᾶται. Neque Θεασίδης, hominis Spartani nomen, in Θεησίδης mutatum 5, 85.

6º In commissura vocabulorum compositorum : qualia sunt apud Herodotum γενενηλογέων ἀντιγενενηλογόων, διηκονος διηκονέων, λοχηγέων, ναυηγέων ναυηγήνων, σειρηφόρος, σκιητροφέων, et in nomine proprio hominis Thebani Τιμηγενίδης 9, 38 (ubi var. lect. Τιμογενίδης) et 86, quod servata partim forma Ionica Τιμηγενίδας scri-

ptum apud Pausan. 7, 10, 2. Non mutatur vero α in aliis, ut θωχενής et καραδοχέων.

7º In formis quibusdam verborum in αω, de quibus infra dicetur § 19.

8º In aliis vocabulis multis, quæ cum certis regulis non sint adstricta, sola usus observatione cognoscuntur. Horum exempla hæc sunt apud Herodotum.

Ἄδρηστος (Non fugitivus) 4, 142, et nomen proprium Ἀδρηστος pro Ἀδραστος 1, 35 seqq., 5, 67, 68, præeuntibus Epicis, qui et hoc nomen et alia ejusdem familiæ (Ἀδρήστεια Ἀδρηστήν) per η scripserunt, utpote ab verbo διδράσκω dicta, cuius α longum Iones per omnia tempora et in derivatis in η mutarunt, ἀποδιδρήσκω ἀπέδρηναι ἀποδρήσομαι ἀπόδρησις δρησμός dicentes. Ejusdem stirpis est δρηπέτης, quod legitur 6, 11, et verbum διεδρηπέτευσε quod restitui 4, 79, ubi libri διεπρήστευσε vel ἐπρήστευσε.

Γήδειρα pro Γάδαιρα 4, 8.

Διηκόσιοι pro διακόσιοι.

Ἐηγα pro ἔηγα præteritum verbi ἄγνυμι, ut δύρατα κατεγάτα 7, 224. Aoristi, qui apud Atticos ἔξα, apud Homerum ἔξα est, nulla apud Herodotum exempla sunt. Substantivis κάτηγυμα et κάτηξις frequenter utuntur medici Ionici, licet ἄγμα, non ἄγμα dicatur.

Εύφρητης pro Εύφρατης 1, 185, 191; 5, 52.

Ηήρ pro ἡήρ 1, 172; 4, 31.

Ιήλυσος 1, 144.

Ιήπυγες Ιηπυγή 3, 138; 4, 99; 7, 170.

Ιήσων 4, 179; 7, 193.

Ιητρός et ιητρικός 2, 84; 3, 129, al.

Κρητήρ et ίποκρητηρίδιον pro κρατήρ et ίποκρατηρίδιον, ἄκρητος pro ἄκρατος, ejusque composita ἄκρητοπότης ἄκρητοποσίη.

Αήριος et νήριος pro λάος et ναός, de quibus infra dicetur in indice formarum Ionicarum alphabetico.

Αήρισαι et Αήριειος 1, 149; 9, 1, 58.

Νεηνίης et νεηνίστος.

Οἰκιζειν 1, 171.

Πιπρήσκω, πέπρητα πέπρημαι ἐπρήθην, et derivata πρῆσης et πρητήριον.

Πρήσων per omnia tempora et derivata πρῆγμα πρῆσης πρήκτωρ πρηγματεύεσθαι πολυπρηγμονέειν, cum nominibus propriis, qualia apud Herodotum sunt Πρηξίλεως et Πρηξίνος. Simile etiam Persicum nomen Πρηξάσπης.

Πρηνός et πρηνών.

Πρηξίως pro βρδίως et βηστώνη pro βαστώνη.

Πρηγήν pro βραχία 2, 11; 7, 37; 8, 129; et βηγός vel βηχός 7, 142, pro βρχός.

Συρήκουσαι et Συρηκόσιος 7, 155 seqq.

Σφρηγίς 3, 41; 7, 69.

Τριηχάς 1, 65, et τριήχοντα cum compositis (τριηχονταῖς τριηχόντερος), τριηχοστός et τριηχόστοις.

Τῆγετον 4, 145.

Τρηχύς et τρηχέως pro τραχύς et τραχέως, pariterque Τρηχίς et Τρηχίνιος 7, 175, 198 seqq.; 9, 31.

Φρήτρη pro φράτρα 1, 125. Eadem forma utitur Pseudo-Herodotus in Vita Homeri c. 31: sed a servatum in φράτορες ibid. et c. 29.

Φλυηρός pro φλυαρέω 7, 103, 104.

Litera η ab Ionibus pro ω ponitur in adjectivis gentilibus in ὡτης et ὡτις: quorum exempla apud Herodotum sunt Ἀυκραχίητης Θεσσαλίητης Ἰστιαῆτης Μαιῆτης Μαιῆτης Φθιῆτης Φθιῆτης; in libris non raro per literam ω scripta, quod notavit Wessel. ad 4, 20.

Litera ι pro ϵ posita est in vocabulo ἴστιν pro ἵστια ejusque derivatis: de quo v. indice alapheticum s. h. v.

Literæ ι et ϵ in ι longum contrahuntur in adjectivi ἱερός forma Ionica ἱρός ejusque derivatis: de quo v. indicem s. v. ἱρός.

Literarum ω et η ab Ionibus permutteratarum duo exempla memorat Eustath. p. 484, 3, verba πτώσσω et ρώσσω pro πτήσσω et δρήσσω dicta. De priore v. indicem alphabeticum alterius verbi nulla apud Herodotum exempla sunt.

Diphthongus αu in ω lautata ab Ionibus in vocabulis θῶμα et τρῶμα eorumque derivatis pro θᾶμα et τρᾶμα. De his dictum ab nobis in indice s. v. Θῶμα. Duo alia, χῶμα pro κῆμα et ὥριον pro αὔριον, addunt grammatici in Append. ad Greg. Cor. p. 654, 698, quibus nemo facile fidem habebit, nisi graviora accesserint testimonia.

Literarum η contractionem in ω præter numerale δύδωκοντα tribus tantum verbis adhibuit Herodotus. Eorum primum est βοῶτις, cuius aoristi activi forma Ionica est βῶστις (et compositum ἀμβῶστις), medii ἐπιβῶσσασθαι προσβῶσσασθαι, futuri ἐπιβῶσσασθαι et καταβῶσσασθαι, aoristi passivi ἐβώσθην et præteriti βεβωμένος. Et has quidem formas librarii satis diligenter servarunt. Tanto major in verbo βοηθέων eorum inconstantia fuit, quod modo sic modo βωθέων scripsierunt, pariterque in ceteris temporibus verbi quum simplicis tum cum præpositionibus $\epsilon\kappa$, $\epsilon\tau\iota$ et $\pi\tau\o$ colaposti. Ego formam legitimam constanter restitu, quemadmodum in Thesauro Stephani vol. 2, p. 305, præceperam, intatum vero reliqui βοηθός 5, 77; 6, 100. Nam fieri potest ut alia verbi, alia substantivi ra-

tio sit. Tertium denique verbum νοῆσαι est, cuius contracti exempla reliquerunt librarii, ἐννώσας 1, 68 et 86; ἐννενώσας 3, 6; ἐνένωτο 1, 77; ἐνένωντο 7, 206; νενωμένου 9, 53; διενένωντο 7, 206. Quo indicio ἐπενώθη et ἐπινωθῆναι restitui 3, 122; 6, 115; et ἐπινώσας νώσας νώσαντες 1, 48; 2, 104; 4, 118; νώσωσι 8, 97; ὑπονώσαντες 9, 99, quæ omnia in libris per η scripta sunt. Quæ literæ servantur in adjectivo νόμμων 3, 34, et substantivo νόμμα 3, 80, nisi hoc νόμμα scribendum. Néonwntai ex Aethlii "Ὀροὶ Samiorum attulit Etym. M. p. 601, 26. Ceterum contractio illa ne ab Atticorum quidem usu plane aliena fuit, quanquam sermonis poetici finibus inclusa. Nam βῶστον et βώσουσι Cratinus et Aristophanes dixerunt, de quo vid. Thesaur. Steph. vol. 2, p. 301, et néonwntai ex Sophoclis fabula perdita (fr. 191) memoravit Etymol. M. p. 601, 20. Liberiore contractionis forma usi Ἀeschylus et Sophocles κάπτεω et νῷ pro κάπτεω et νῷ dixerunt: de quo exposui ad Soph. El. 882. Non minus singulare est νοῦνται, quod pro νοέονται vel νοεῦνται dictum ex Democrito memoratur in Etym. M. p. 601, 27.

§ 5.

De diphthongis.

Diphthongus αi pro ϵ longo Atticorum ponitur ab Ionibus in vocabulis εἰετός καλῶ et κλαῖω. Neque αi dixerunt, sed αi , ut Epici: de quo infra exponetur in indice. — De diphthongo α in η vel η ab Ionibus mutato v. s. v. Μήνων.

Et pro ϵ est in εἴλοτειν εἰναχόσιοι εἴνατος εἴνεχοι, ~~εἴλοται εἰρύειν εἰρωτᾶν εἰρώτημα εἰρώτησις κείνος γείνος στενός~~. Porro ἔννυσθαι, abjecto altero ν , in εἴλοθαι mutatur.

Contra ratione αi diphthongus in ϵ transit 1º in nominibus quibusdam proparoxytonis in $\epsilon\tau\o$ vel $\epsilon\iota\sigma$ terminatis, velut ἐπιτήδεος et ὑπάρχεια. 2º In formis femininis adjectivorum in $\eta\epsilon$, $\eta\iota\sigma$, $\eta\upsilon$, ut θύλεια pro θύλεια, θέσια πλατεῖα pro θέσια πλατεῖα. 3º In comparativis κρέσσων et μέζων pro κρείσσων et μείζων. 4º In temporibus quibusdam verbi δεικνύναι, in verbo ἔργω pro εἴργω, in præterito ἔωθα pro εἴωθα. Sed haec singula infra tractabimur suis locis.

Ei pro eo Ionico vel ou Attico est 1º in pronominalibus ἐμὲν σεῦ εὖ τεῦ τεῦ pro ἐμοῦ σοῦ οὐ τοῦ (i. e. τίνος) του (i. e. τινός) διτου.

2º In adjectivi πλέων formis iis quæ in dialecto vulgari eo habent, ut πλεῦν πλεῦνος πλεῦνες pro πλέον πλεῦνος πλεῦνες.

3º In formis verborum in ω quæ in dialecto

communi ou habent ex eo vel eou contractum, ut καλεῖσι καλεῦνται ἔκαλευν καλεῦσα καλεῦντος καλεύσης. Eodem modo ou in futuris aliorum verborum diphthongum ou ex eo contractam habentibus in ευ mutatur, ut ἀπολέντες ἀπολέμενος ἀποθανεύμενος. Magna tamen in his formis exhibendis inconstantia est in libris Herodoti modo formas solutas (εο) modo contractas (ευ) praebentibus.

Diphthongus ou ab Ionibus paucis quibusdam in vocabulis pro litera ο simplici ponitur. Ea sunt apud Herodotum substantivorum γόνου et δέρου casus trisyllabi γούνατος γούνατι δούρατος δούρατι etc., μοῦνος νοῦσος Οὐλυμπος οῦνομα οῦρος (i. e. δρος) οὐρίζειν (pro δρίζειν) οῦρος (i. e. δρος), cum derivatis et compositis omnibus, excepto fortasse verbo νοσάω: de quibus omnibus explicatus dicetur infra in indice alphabetico. Minus certa diphthongus videtur in nomine Μουρχίδης 9, 4 et 5.

De diphthongis ει in εε et ou in οο solutis infra dicetur ubi de declinatione et conjugatione agetur. Literas οε, quas Attici in vocabulis compositis multis in ου contrahere solent, solutas servant Iones. Ex quo genere apud Herodotum exempla plura sunt verborum cum πρό compositorum, quibus diphthongum Atticam passim intulerunt librarii, ut προέβαινε προέβαλε προενυχέστε προεμαντέύσατο προετμήσαν προετίνετο et composita quædam cum ἔτος et ἔργον, ut τριαχοντοέτιδας σπονδάς 7, 149 (quas τριαχοντούτιδας dixit Aristophanes), Λυκιοργέας 7, 76, ἀγαθοεργή 3, 154, 160 (unde ἀγαθουργίαν attulit Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 78, 14, compositionem vocabuli, non formam spectans), ἀγαθοεργός 1, 67, δημιοεργός 7, 31, quod restituendum 4, 194, ubi libri δημιουργός, et fortasse κακοεργός pro κακούργοι 1, 41. Tertia quædam, sed suspecta forma est ἴροεργία in codice Mediceo aliisque nonnullis 5, 83, ubi ceteri ἴροεργία, quod ἴροεργία scribendum. Servatur vero diphthongus in nomine Λυκούργου.

§ 6.

De diaeresi.

Diaeresis diphthongi et duplex est: nam aut utraque vocalis servatur non mutata, ut in dativis tertiarum declinationis βασιλεῖ πάθει pro βασιλεῖ πάθει, aut ε productio τη̄ scribitur, quod fit in substantivis paroxytonis in εία, properispomenis in ειον, et adjectivis in ειος, εία, ειον. Quarum formarum exempla apud Herodotum sunt 1^o de nominibus in εία, ἀνδρήν (nam sic ex codd. cor-

rigendum vulgatum διδρείη 6, 69) ἀνδρήν βασιλήν δουλην ἐπιστρατηήν ἑταιρηήν θεραπηήν κηρυχήν ληήν μαντήν πολιτηήν προμαντήν πρυτανήν στρατηήν. Suspectum igitur νηστείας 4, 186.

2^o De nominibus in ειον, ἀγγήιον ἀριστήιον ἐργαλήιον ἱρύιον μαντήιον νεκυομαντήιον πορθμήιον πρυτανήιον σημήιον θρήιον χαλκήιον.

3^o De adjectivis in ειος, ἀγγαρήιος ἀνδρήιος ἀγρήιος γυναικήιος ἑταιρήιος Καδμήιος Κήιος οἰκήιος (cum derivatis, nisi libri fallunt, οἰκηστῆς 6, 54, et οἰκηιούσθαι 1, 94; 4, 148; et 3, 2, quo loco libri non pauci οἰκειεῦνται, quemadmodum in omnibus scriptum 1, 4).

Librarii etsi in his formis exprimendis non raro ad communis dialecti consuetudinem aberrarunt, tot tamen rectæ scripturæ exempla reliquerunt ut vocabula supra ab nobis apposita nihil plane dubitationis habere et sex tantum alia ab mutatione diphthongi exempta esse videantur, Δαρεῖος Ἀργεῖος Ἡλεῖος Καδμεῖος (nisi quod Καδμήια γράμματα legitur 5, 59) ἑρκεῖος θεῖος: nam Διονύσῳ τῷ Βαχχείῳ, quod bis legitur 4, 79, in Βαχχηγίῳ mutantum videtur, δευτερεῖον autem, cuius numerus pluralis δευτερεία et δευτερεῖοι legitur 1, 32, et 8, 123, non dubito quin δευτερήιον sit scribendum ut ἀριστήιον. Nec stupor recte habere videtur 8, 52.

Formæ patronymicæ ειδῆς in γέδης mutatione unum apud Herodotum exemplum est nominis proprii Βασιλήδεω 8, 132. Servatur diphthongus in aliis, qualia sunt Ἡρακλείδης et gentilia Ἡρακλεῖδαι et Περσεῖδαι.

Nomina proparoxytona in εια ειον ειος diphthongi mutationem non admittunt, exceptis Ἀρήιος βασιλήιος Ποστήιον, quæ jam ab veteribus Epicis sunt usurpata, et paucis aliis, quorum partim incerta auctoritas est, ἀκθωπήιος Ἄχιλλήιος Βορήιος Εὐρωπήιος Φοινήιος κηλωνήιον κηρυχήιον et Λιμενήιον I, 18, cuius loci nomen Λιμένειον est apud Suidam. Epicι λατεῖται, quo Herodotus utitur 7, 91, hæc sola usitata forma est. Manifesta vero librariorum peccata sunt quæ passim in codice uno alteroque leguntur ἀληθήιη ἀτρεχήιη ἱρήιη σιτοδήιη προστήιον, pro ἀλήθεια ἀτρέκεια σέρεια σιτόδεια προάστειον, et ξεινήιη adeo pro ξεινήιη in libris pluribus 3, 39.

Diphthongus Attica γ in τῃ̄ dirimitur ab Ionibus in vocabulis κληήια κληήια κληήια χρηζίω λητζομαι ληστεύς Θρηήκη Θρηήκες.

Diphthongus οι in οῑ solvitur ab Ionibus in nominibus οἰς et οἰστός. De priore testem habemus Aristophanem Pac. 930: X. δι. | T. δι., X. ναι μὰ Δι'. T. ἀλλὰ τοῦτο γ' έστ' Ιωνικὸν | τὸ

ρῆμ'. X. ἐπίτηδες οὖν, τὸν ἐν τὰκχαλησίᾳ | ὡς χρὴ πεπιέργον λέγων τις οἱ καθήμενοι | ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ' Ἰωνικῶς δί, quod homini Attico οἷι dicendum fuisset. Genitivus et accusativus pluralis διῶν et δῖς est apud Herodotum 2, 42; δῖν et δῖας apud Lucianum De dea Syr. c. 49, 54, 55. Alterius, δῖστός, qua forma Epici quoque sola utuntur, exempla apud Herodotum sunt 4, 70, et 5, 105. Ibidem et tribus aliis locis (3, 36, 156; 7, 12) verbum καταπροΐεσθαι legitur, quod Atticos καταπροΐεσθαι pronunciasse, non καταπροΐεσθαι, ut in codicibus scribi solet, poetarum exempla arguunt.

Diphthongus ω in αι solvitur apud Herodotum in adjectivis μητρώος et πετρώος, in quibus praeiverunt Epici, et in ἥρωίον, πρωΐ et πρώτος, servatur vero in nominibus ζώον Κῆφος Ἀχελῷος Γελῶς aliisque: cuius discriminis rationem non perspicio. Itaque hæc quoque cum diæresi scribenda esse censeo.

§ 7.

De iota demonstrativo.

Iota demonstrativi, cuius frequens in vulgari Atticorum sermone usus est, nullum apud Herodotum exemplum reperitur præter νῦν 7, 229. Quam formam quum librarios interdum pro νῦν intulisse constet, solitarium illud exemplum Herodoti merito in suspicionem vocavit L. Dindorfius in Thesauro Stephani s. v. Νῦν. Nec multum profuerit ταῦτι comparasse, quod avoud Lucianum legitur De dea Syr. c. 23.

§ 8.

De νέφελκυστικῷ, de hiatu et de crasi.

Nέφελκυστικὸν, quo Attici hiatus vitandi caussa uti solent, alienum videtur ab Herodoto, cui utendi eo caussa nulla fuit, quum dialecti Ionicæ mollities vocales hiantes minime defugiat. Nam quæ in veteribus editionibus non pauca reperiuntur additæ hujus literæ exempla, pleraque omnia bonorum codicum auctoritate removere licuit recentioribus editoribus.

Difficilius est de elisione vocalium judicium facere: in quo genere etsi librarii ut in aliis scriptoribus quibusvis, ita in Herodoto quoque parum diligentes se præbuerint, tamen si quis omnem exemplorum copiam pervestiget, non obscura quædam rectæ rationis vestigia relicta esse animadverteret. Ac primo quidem illud certum haberi posse videtur, Herodotum elisionem constanter adhibuisse præpositionibus, quæ elisa syllaba altera accentum amittunt, ἀντὶ ἀντί ἀπό διά κατά μετά παρά ὑπό. Eadem ἀλλα particulae ratio esse videtur, excepto, quod

sponte intelligitur, ubi sequitur pronomen reflexivum οι, ut p. 426, 29. Præter ἀλλά nulla alia particula frequentius elisionem patitur quam δέ; quamquam non elisæ non minor exemplorum copia est, ita ut ad liquidum in tanta librorum fluctuatione perduci non possit ubi elisionem vel admiserit vel non admiserit Herodotus. Porro οὐδέ οὔτε, μηδέ μήτε et τε passim eliduntur: rarius γε, ut p. 355, 28; 368, 20. Ceterarum elisionum exempla sunt in editione nostra εἰτ' p. 131, 17; 210, 53; εὗτ' 284; 37; 373, 4; ἦδι 96, 6; τοῦτο 324, 47; τῶνδι 130, 6; 336, 2; τοῦτο 146, 5; 200, 53; 413, 40; ταῦτο 99, 54; τοιαῦτο 323, 7; ἄμα ἡμέρῃ 162, 22, et 440, 52 (quo altero loco libri nonnulli ἄμα), ἄμα ἀντῷ 211, 3; ἀρ' 441, 47; ἄρ' 435, 1; ἔστιν 239, 3; 356, 31; 386, 32; 400, 13; 424, 32, 46; 425, 21; ὥστε 167, 8; (non περιττών quod Bekkerus intulerat p. 361, 43;) ἔχει θεσμοὺς 401, 18; ἔχοιμεν 261, 9; βούλοιτο 223, 16; γίνοιτο 77, 24; δεξιαῖτο 145, 32; ἀπηλαύνετο 149, 20; μέμροιτο 334, 27; δρθοῖτο 346, 13; γενοῖτο 346, 23, γένοιτο 411, 40; in quibus haud dubie plures sunt quæ non Herodo, sed librariis debentur.

Conjuncta cum hac quæstione crasis est, cuius ipsius quoque usus finibus apud Herodotum circumscriptus est aliquanto quam apud scriptores Atticos arctioribus. Nam paucis tantum quibusdam vocabulis cum articulo vel particula καὶ coalescentibus crasin Herodotus, etsi non constanter, adhibuit. Est autem crasis articuli forma duplex, altera quæ communis ei est cum Atticis, cuius exempla sunt τὰλλα et ταῦτα, quibus sæpiissime utitur, τάγαλματα, τάνθρωπον, τάλθεός: altera Ionica, ὧντος ὕνδρες ὕνθρωπος ὕνθρωποι ὕλλοι ὕντος ὕντοι ταῦτο τῶγαλμα τῶληδές τῶρχατον τῶπο (p. 67, 5; 146, 21); τῶποβαῖνον (p. 97, 22); οἵτερος (p. 46, 28, 29; 159, 18); τούτερον (p. 10, 36): quæ omnia per a longum et αυ efferre solent Attici, ἀντὶ ὕνθρωπος et reliqua dicentes, αὐτός αὐτοί ταῦτο et ἔτερος οὔτερον. Dixit de hac crasi Gregorius Cor. p. 415 seqq., recte ille notans ineptum quorundam commentum, qui quum ὕνθρωπος nominativo casu dictum viderent, accusativum fixerunt ὕνθρωπον, cuius erroris particeps est Joannes Grammaticus p. 372, et qui ὠχινάχης ab Herodoto pro ὠχινάχης dictum esse commentus est grammaticus, de quo infra dicetur s. v. ὠχινάχης. De ὕλλοι Etym. M. p. 821, 39: ὕλλοι (cum spiritu leni: nam sic hæc in codicibus, etiam apud Herodotum, non raro scribuntur, de quo dixit Buttmann. Graec. vol. I, p. 120), ἀντὶ τοῦ οἱ ὕλλοι αἱ τοιαῦται δὲ συναλοιφαι τῆς

δευτέρας εἰσὶν Ἰάδος, η Ὄμηρος οὐκ ἔγραπτο. Quae notatio referenda fortasse ad Apoll. Rh. 1, 1081 : ὃλλοι μὲν ῥι πάρος δεδημητέοι εὐνάζοντο· ubi hanc συναλοιήν τῆς νεωτέρας Ἰάδος esse annotavit scholiasta, reprehendens Zenodotum, qui ὃλλοι pro ὃλλοι Homero intulerit, de quo vid. schol. Hom. Il. B, 1, et K, 1. Quod qui improbarunt, articulum ab Zenodoto additum reprehendere debebant, non crasin, quam non plane alienam etiam ab veterimis epicis fuisse, Homericum ὡντός (Il. E, 396) docet et quod octies in Iliade, semel in Odyssaea legitur ὄριστος ex διάτοις contractum.

Præter hæc crasis exempla aliud olim satis frequens apud Herodotum ferebatur, τούνομα ex τὸ ὄνομα more Attico formatum. Verum quum Herodotum non ὄνυχ, sed ὄνομα dixisse constet, quod crasin cum articulo non fert, et ingens locorum numerus sit in quo τὸ ὄνομα libri optimi præbeant, nemo tam superstitionis erit qui τὸ ὄνομα constanter ab me restitutum improbet et τούνομα revocari velit, quod librarii posuerunt Atticæ dialecto assueti.

Crasis cum particula καὶ per pauca apud Herodotum exempla reperiuntur, quorum duo (p. 9, 41; 119, 33) ad usitatum illud καλὸς καγχίθος pertinent, quod vix quisquam Græcorum καλὸς καὶ καγχίθος dixit; tria alia, κακέσθι p. 112, 1, κακένον p. 438, 31, et καρδί p. 160, 31, in medio relinquimus utrum Herodoti an librariorum sint, qui καὶ ἀν., in quo omnes consentiunt p. 216, 26, alio loco (p. 352, 54) in duobus codicibus in κάν mutarunt. Illud vero extra dubitationem positum esse puto, Herodotum, qui censes dixit καὶ ἐπειτα (vel ἐπειτεν), non uno in loco (p. 97, 51) κακέπειτα scripsisse. Hoc igitur correi.

§ 9.

De declinatione prima.

a) DE NUMERO SINGULARI.

Littera α, ubi in terminazione nominativi longa est, per omnes casus in η mutatur, ut Ἀδρης Ἀδρης Ἀδρην, Ισχυρή Ισχυρῆς Ισχυρήν, ubi brevis, non mutatur nisi in genitivo et dativo. Sic ἀλήθεια ἀλήθεινς ἀλήθειη ἀλήθειν, εὔνοια εὔνοιη εὔνοιαν, μία μῆτρα μῆτραν. Librarii vero duorum illorum casuum forma Ionica decepti litteram η non raro etiam nominativo et accusativo impertiverunt, ἀληθείη ἀληθείην, εὔνοιή εὔνοιήν, μοῖρη μοῖρην, μή μήν et alia hujusmodi scribentes, ut ἀναθέην 6, 129; εὔπετείη 5, 20; εὐτελείην 2, 92; ἱράη 5, 72; 8, 104; Ἰστιαίη 8, 23, 25, 66; Ποτιδαιή 8, 128 (sed Ποτίδαιαν ib. 129); πολυτελείην 2, 87; πρεσβυγε-

νείην 6, 51; ὑγιείην 2, 77. Quæ vitiosa esse bene perspexit Schweigh. in Lexico s. v. Εῖς, Μηδεῖς, Μοῖρα et Πρόνοια, et convelluntur multo majore rectæ formæ exemplorum numero, velut ἀδεῖα διμίlla ἀπότειρα ἀρουρα βασίλεια γύψιρα δίαιτα διάπειρα ἐμπέλεια ἐνυπένεια μεγαλοπρέπεια περιφάνεια, Αἴγλεια Αἴγινα Αἶνεια Ἀμφίκτια Ανόπαια Δίκαια Ἐλάτεια Ἐρύθεια Εύδοια Ἡράκλεια Θέσπεια Ἰφρύσεια Κώμβρεια Λάκαινα Λεβάδεια Μαρώνεια Πλάταια Προμένεια Σήπεια Φύκαια Ψυττάλεια. Itaque πρώτην quoque, quod in libris omnibus legitur 1, 194, in duobus 7, 180, in πρώτην mutandum esse censeo, nisi altero loco aliorum codicum lectio præferenda ēstι τῆς πρώτης. Nam quod Apoll. Rh. 1, 372, metri caussa πρώτη dicere ausus est (sic enim vulgatum πρώτην recte correxit Lehrsius), nihil ad Herodotum facit, cui ab communi usu discedendi caussa nulla fuit. Sic Νύση metri caussa dictum in Hymno Homericō in Bacch. v. 8, Herodotus vero legitima usus forma Νύσαν dixit 2, 146: unde correxi Νύσην, quod legebatur 3, 97, uno in codice νῆσσαν scriptum. Eadem de caussa suspecta habeo Σμύρνη et Σμύρνην pro Σμύρνᾳ et Σμύρναν dicta 1, 14, 16, 94, 149, 150; 2, 106; quod non defenditur exemplo Homericō Epigr. 4, 6: Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα. Recta scriptura Σμύρνα et Σμύρναν servata in Ps.-Herodoti Vita Hom. c. 2, 8 et 38.

Nominum in ας et ης"exeuntium declinatio Ionica est ης, εω, η, ην. Sic

Ἄρισταγόρης, βορέης, νεηνίης, δεσπότης.

Ἄρισταγόρεω, βορέω, νεηνίεω, δεσπότεω.

Ἄρισταγόρη, βορέη, νεηνίη, δεσπότη.

Ἄρισταγόρην, βορέην, νεηνίην, δεσπότην.

Servatum α in nomine Θύρας 4, 147, 148, et genitivo Θύρα ib. 148, 150, et nomine Θανύρα 3, 15, de quibus dubites. Illud, vero non dubium quin Ἀριστέας vulgo lectum 7, 137, in Ἀριστέης fuerit mutandum, ut 4, 13 seqq. scribitur.

Nominum in εης exeuntium genitivum libri non raro extrito altero e scriptum exhibent, ut βορέω Ανδρέω Πυθέω. Quas formas fuerunt qui Homericis quibusdam defendi posse putarent genitivi βορέω trisyllabi exemplis, quibus mihi nihil effici videtur. Nam si poetæ literam ejicere quam synizesin duabus ultimis syllabis adhibere maluerunt, rationem securi sunt idoneam. Quæ quum nulla sit in oratione prosa, ego plenam formam εω ubique vel ex codicibus vel ex conjectura restituui, quum præsertim librarios visiderem etiam aliis in formis pluribus, de quibus infra suis locis dicetur, alteram de duobus juxta se positis e non raro neglexisse.

Genitivi formæ communis in *ou* tria apud Herodotum exstant exempla. Primo Κυνέω 6, 101, quod necessario Κυνέω scribendum, nisi nominativum Κύνεος esse voluit Herodotus, quod parum probabile propter nomen simillimum Κινέας sive Ionice Κινέας apud Herodotum 5, 63, aliosque: quod fortasse illi quoque loco restituendum, licet in scriptura per *v* consentiant libri Pausanias 7, 10, 2. Eadem de nomine Δασκύλου dubitatio est, quod ego Δασκύλεω scripsi 1, 8, qua forma usus est Alexander Anth. Pal. 7, 709: αἱ μὲ τυράννων | θῆκαν καὶ Γύγεω μείζονα Δασκύλεω. Denique Αἰσχρέου quoque nomen, quod adhuc legebatur 8, 11, in Αἰσχρέω mutandum foret, nisi probabilior esset quam ex optimis codicibus restitui scriptura Αἰσχράιου. Cujus nominis exemplum est in inscriptione Attica ab Welckero edita in Museo Rhenano (a. 1842) vol. 2, p. 318, 13: ἐπὶ Αἰσχράιου ἀρχοντος. Similiter Φιλαίου nomen in Φιλέου corruptum in libris pluribus 6, 35.

Accusativus nominum in *ας* et *ης* ab Ionibus non solum in *ην*, sed etiam in *εα* terminatur ad tertiam declinationem aberrantibus, quemadmodum vicissim Attici accusativum et singularem et pluralem ac nominativum pluralem nominum proprietatum in *ης* tertiae declinationis interdum primæ accommodarunt, Ἀριστοφάνην Ἀριστοφάναι et Ἀριστοφάνας pro Ἀριστοφάνη et Ἀριστοφάνει dicentes. Prioris vero generis exempla apud Herodotum sunt nominum Ἀλιάττεα Ἀμύντεα Ἀράξεα Ἀρισταγόρεα Ἀρτεμβάρεα Γηρούνεα Γύγεα Δηιόκεα Ἐπάλτεα Εὐαλκίδεα Εύρυδιάδεα Ἰπποκλείδεα Καμβύσεα Λευτυχίδεα Αεωνίδεα Λυχίδεα Λυσαγόρεα Μιλτιάδεα Μιτροβάτεα Μουρυχίδεα Ξέρξεα Ὁρέτεα Ὄροιτεα Ὀτάνεα Πρηξάστεα Στησαγόρεα Ὅδρενεα Φερνούχεα Χοάστεα. Non constant tamen sibi libri in hac forma: nam plerique illorum nominum modo sic modo per *ην* scripta sunt, quæ terminatio constanter servatur in aliis, ut Ἀριστένη ceterisque in *ης*, Ἀρτεμικτην Ἀριστένην Ἀσπαδίνην Βάδρην Γύνδην Γωθρύνην Δαυρίσην Εύρυδιάτην Ὅγην Ἰππίνην Ἰσαγόρην Κλεάδην Κλυτιάδην Κρανάστην Κώνην Μαρσύην Μασίστην Μασχάμην Μασσάγην Μεγαθάτην Μεγιστήν Μίδην Μιτραδάτην Ὀθρυάδην Ὁχταμασάδην Παχύην Πανίτην Παντιάπην Παντίτην Πασαργάδην Παυσανίην Σισάμην Σκύλην Τελλίην Τηλίνην Τιμηρενίδην Τύρην Φεδιπτίδην. Itaque amplius de libertate illa terminationis quærendum erit: de qua quidquid statuatur, hoc mihi certum videatur, locum eam non habere nisi in nominibus propriis, et vitiosum esse habendum quod locis pluribus apud Herodotum (ut 1, 11; 3, 1; 4, 23;

7, 88), semel apud Lucianum (De dea Syr. c. 25) legitur δεσπότεα pro δεσπότην, in quo alibi (ut 3, 134; 4, 136) consentiunt libri, et duobus locis (8, 118) χιμερνήτεα pro χιμερνήτην, quæ notæ sunt nihilo melioris quam ἔξηγητέας et δεσπότεας olim lecta 1, 78, 111, nunc optimorum librorum auctoritate correcta. Nec nomen gentile Πέρσην, quod aliquoties (8, 3, 108, 109) Πέρσα scriptum legebatur libris ne consentientibus quidem, hanc admittere formam censeo. Quamobrem Πέρσην prætuli magna aliorum exemplorum copia munitioni. Σκύθεα apud Lucianum De dea Syr. c. 12, in Σισύθεα a Buttmanno mutatum etiam aliis de caassis vitiosum est habendum.

Vocativi formæ ἑτεροχλίτου exempla sunt Ἀρτέμιδρες 1, 116 (ubi præcedit genitivus declinationis primæ Ἀρτεμβάρεω c. 114, 115) et Πρήξαστες 3, 34, 35, 62, 63, comparanda cum Aristophaneo Στεψίδες pro Στεψιάδῃ. Minus certares est de genitivo et dativo. Sic Ἀστυάγεος libri 1, 130, et Ἀστυάγει 1, 74, 129, quibus quin multa obstent genitivi Ἀστυάγεω exempla (velut 1, 73, 76, 112, 122 etc.), non solum Ἀστυάγεος illic in Ἀστυάγεω mutanduni c. in Bekkero, sed etiam Ἀστυάγη corrīgendum, quod 1, 129 in libro Sancroftiano servatum. Porro Κυαζάρει scriptum 1, 73, 14 (ut Κυαζάρει in codicibus quibusdam Xenophontis), sed Κυαζάρη 1, 16, et Πρηξάστεος 3, 62, 63, sed Πρηξάστεω 3, 74, 75, 78. De nomine ἀκινάκης dicetur in indice alphabeticō § 21.

b) DE NUMERO PLURALI.

Declinatio Ionica pluralis ab Attica non differt nisi genitivi terminatione *ῶν* in omni nominum genere in *έων* soluta, ut γλωσσέων ἡμερέων λιθοτομίέων παλλακέων γενέσων, et dativi terminatione *αῖς* in *ησι* producta, non *αῖσι*, quod passim scripserunt librarii poetarum Atticorum lectione imbuti. De utroque casu dixit Greg. Cor. p. 379-382. Genitivi nominum quorum paralexis ε est, ut γενεών 7, 171, alterum ε plerumque neglexerunt librarii. Sic αἰγέων et συκέων pro αἰγέων et συκέων in libris omnibus 4, 189; 1, 193 legitur, et ἀδελφῶν scriptum erat 3, 31, et 5, 80, qui genitivus est masculini ἀδελφῶν, non feminini ἀδελφεῆ. Quamobrem ἀδελφέων scripsi. Nec γεών 4, 198, et Μαλεῶν 1, 82, recte habere puto, sed γεών et Μαλεών scribendum. Aliud ejusdem generis exemplum latebat 2, 15, ubi genitivus nominis loci Ἀεγυπιaci in libris ταριχεῶν ταριχίων ταριχῆῶν scriptus est et accusativus ταριχεῖας in omnibus ibid. c. 113, quæ patienter tulerunt editores neglecto Stephani

Byz. testimonio, ex quo manifestum est di-phthongum ab librariis esse illatam: Ταριχέαι, πόλεις πολλαι, αἱ μὲν Μενδήσιαι, αἱ δὲ Σκηνικαὶ, αἱ δὲ Καωνικαί. — Καὶ ὥρεις διὰ διφθόγγου. "Εστι καὶ Ταριχέα καὶ ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη πόλις τῆς Ἰουδαίας, ᾧ Ἰώσηπος. Τὸ ἑβνικὸν Ταριχέτης καὶ ταριχέα τὸ πρᾶγμα παρὰ τὸ ταριχεύω. Ex quo sequitur apud Herodotum Ταριχέεων et Ταριχέας corrigendum esse, quæ ego restituī.

De genitivo ἑτησίων vel ἑτησίων infra dicetur § 12.

c) DE DECLINATIONE CONTRACTA.

Nominum in ἑη, quod Attici in ἦ contrahere solent, Iones formas servant solutas. Ex quo genere apud Herodotum hæc sunt exempla, partim librariorum obscurata præposterior correctionibus. Ἀλωτεάς 7, 75. Ἀνθρωπέη 5, 25, ubi libri ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπήν, Eustathius p. 374, 35, ἀνθρωπείην, Pollux vero 2, 5, ἀνθρωπῆν, quod proxime abest ab vera quam ego restitui scriptura ἀνθρωπέην. Κυνέην et κυνέας 2, 151; 7, 77, 89, male vero vulgo κυνῆ 4, 180. Λεοντῆν vulgo 4, 8: sed λεοντέας et παρδαλέας 7, 69. Rursus male γαλᾶ 4, 192, pro γαλέαι, et μυγαλᾶς vel μυγαλάς 2, 67. Quod μυγαλέας scribendum fuisse jam Schweighæuserus intellexit in Lexico s. h. v., in hoc uno errans quod etiam μυγαλάς oxytonum ferri posse putavit. Denique συκέην legitur 1, 193, et 4, 23, et genit. pluralis αἰγέων et συκέων, quem αἰγέαν et συκέαν scribendum esse supra significabamus, 1, 193; 4, 189.

Forma Attica μνᾶ ab Herodoto in μνέα solvitur. Sic μνέαι pro μνᾶ 2, 168, 180 (in μνές; corruptum in codicibus Luciani De dea Syr. c. 48); μνέων pro μνῶν est 3, 131; μνέας pro μνᾶς 1, 151; 2, 180.

Nominis Ἐρμῆς quinque apud Herodotum exempla extant, genitivi Ἐρμέων et accusativi Ἐρμῆν, 2, 51, 67, 138, 145; 5, 6, et Ἐρμέω apud Lucian. De dea Syr. c. 38, De astrol. c. 20. Quibus formis jam veteres Epicci usi sunt.

§ 10.

De declinatione secunda.

Declinatio Ionica secunda omni ex parte eadem est quæ Attica, excepto dativo plurali in οῖς, qui apud Iones in οῖτι producitur.

Genitivi singularis formam epicam in οι, quæ in uno alteroque codice illata est 3, 97; 4, 192, plane alienam ab Herodoto esse liquet

et ne apud Lucianum quidem recte habere videtur De dea Syr. c. 22, ubi libri ἔρωτος ἀπρήκτοι. Non magis ferenda genitivi terminatio εω est, quam editores pluribus in locis Herodoti tulerunt, Βάττεω 2, 181 (ubi cum Ἀρχειλέω conjunctum est); 4, 159, 160; Ἐρέανδρεω 5, 37; Κλεομβρότεω 5, 32; Κροτσεω 8, 122; Πειστράτεω 6, 102; Μεμβλιάρεω 4, 147. Quorum pleraque quum ipse codicum dissensus suspecta reddat, omnia corriger non dubitavi, ne postremo quidem excepto, in quo solo libri omnes consentire videntur veteris culpa librarii, qui quum Μεμβλιάρου τοῦ Ποικιλεω scriptum videret, prius nomen alteri sive consulto sive calami lapsu assimilavit, cuiusmodi errorum exempla aliquot infra videbimus. Eodem referendum erit Ξάνθεω 2, 135, nisi hoc ab nominativo Ξάνθης est, quod non puto Persici nominis Ξάνθην exemplo apud Aeschyl. Pers. 995 comprobari posse. Omisi vero Γορδίεω 1, 14, 35, 45; 8, 138, et apud Tzetz. Hist. 1, 103, quod non dubitandum quin ab nominativo sit Γορδίης, non Γόρδιος, qua forma uti placuit Arriano Anab. 2, 3, 1 seqq. Denique quod in epistolis commentitiis Hippocratis p. 1273, 44; 1275, 18, legitur Δημοχρίτεω, id ipsum quoque non scriptori, sed librariis imputandum videtur. Recta forma Δημοχρίτου p. 1274, 7.

Genitivi pluralis forma ἑτεροχλίτῳ νησάων et φηφάων pro νήσων et ψήρων, qua Callimachus usus est præente Hesiodo, qui βλεφάρων ἀπὸ κυανέων metri caussa dixit pro κυανῶν, et μοτάων pro μοτῶν apud Quint. Sm. 4, 412, fortasse quis utatur ut ἀστέων pro ἀστῶν dictum defendat, quod Phœnici Colophonio apud Athen. 11, p. 495, D, restitut Casaubonus, Θαλῆς γάρ διτις ἀστέων (vulgo ἀστέρων) δυῆστος —, et θυμέων pro θύμων apud Zonam Sardianum Anth. Pal. 9, 226, nisi, quod probabilius, ἡ θύμων scribendum cum Brunckio. Non videntur tamen hæc exempla, quæ metri necessitas extorsit poetis, sufficere ad similes formas vindicandas, quas Herodoto in codicibus quibusdam paucis in locis intulerunt librarii, quarum patrocinium suscepit Wesseling. ad 2, 36, πεστῶν 1, 94, πυρέων 2, 36 (ubi χριθέων, quocum conjunctum est, fraudi fuisse librario animadvertisit Matthiae Gramm. vol. 1, p. 150. Recte πυρῶν libri omnes 4, 33 ter; 7, 187), Θεσσαλέων 5, 64, Σουσάων 5, 35 (recte vero Σούσων 5, 53; 6, 1, 119), quibus addi potest ἀλφιτῶν uno in codice scriptum pro ἀλφίτων 5, 57; ἐρπετῶν in fragmento Democriti apud Stobæum Flor. 44, 18; et βρυτέων apud Areteum p. 8, A, quod vicino χριθέων, ut πυ-

ρέων apud Herodotum, originem suam debere videtur. Eiusdem generis est γυναικῶν σιτοποιῶν καὶ παλλαχέων, quod intactum reliquerunt editores 7, 187, licet veram scripturam præberet codex Schellershemianus σιτοποιῶν, neque animadverterunt vulgatae scripturæ obstare δικάδων σιταγωγῶν 7, 191, quod σιταγωγέων scribendum foret, si recte illuc legeretur σιτοποιῶν. Denique non raro in libris scriptum αὐτέων et τούτων pro αὐτῶν et τούτων : de quo infra dicetur ubi de pronominibus agemus.

Nominum contractorum in οὐς et οὐν, ut νοῦς εὔνοις, πλοῦς περίπλους, ρός, δστοῦν, διπλοῦς, ἀργυροῦς, χρυσοῦς et qua sunt reliqua, formis Iones utuntur solutis γός εὔνοις, πλός περίπλοος, ρόος, δστέον, διπλόος, ἀργύρεος, χρύσεος. Male igitur νῷ in libro 1, 27, pro νῷ, et ἔσπλου 6, 33, quod ἔσπλου scribendum, ut διεκρόου scribitur in omnibus 7, 129.

§ 11.

De declinatione tertia.

Genitivus in ὦν, quoniam formæ contractæ speciem offerebat librariis, in codicibus interdum in ὄν est corruptus. Sic ἀνδρέων 7, 187, χηνέων 2, 45, χλιαδέων 7, 28, vulgo lecta, quæ ex aliquot codicibus correcxi. Nec μυριαδέων 8, 71 : ἀτε δὲ ἐνσέων μυριαδέων πολλέων, ubi manifesta erroris origo est, in μυριάδων mutare dubitavi. Nam quod genitivos substantivorum numeralium in ἄς, velut χλιαδῶν μυριαδῶν; ab Atticis circumflecti annotarunt grammatici (Arcaid. p. 136, 4, Chœrob. p. 458, 27 ed. Gaisf.), non satis argumenti esse videtur, ut Iones χλιαδέων et μυριαδέων dixisse putemus, quum præsertim ne veteribus quidem Atticis, sed τοῖς μεταγενεστέροις accentum illum tribuant technici ab Chœrobosco memorati. Nonnihil dubitationis habet genitivus εἰλωτῶν, qui consententibus, ut videtur, libris legitur 6, 58, 75, 80; 9, 28 et duobus tantum codicibus εἰλωτῶν præbentibus 9, 80. Nam quum non solum εἰλωτες, sed etiam εἰλωται dicti servi illi sint, de quo diserto constat testimonio Stephani Byzantini, neutra genitivi forma per se spectata vitiosa habens protest. Quum tamen apud Herodotum non solum accusativus pluralis εἰλωτας, qui facile in εἰλωτας mutari posset, legatur 6, 81; 9, 80, sed etiam accusativus singularis εἰλωτα 7, 229, et εἰλωτες 9, 81, nec verisimile sit inter utramque formam Herodotum fluctuasse, genitivum ubique εἰλωτων scribendum esse censeo, nisi quis servato εἰλωτῶν reliquorum locorum corrigeret scriptu-

ram malit, εἰλώτην εἰλῶται εἰλώτας, quæ non improbabilis conjectura foret, quum rarer nominis forma ab librariis facile aliquoties in vulgarem mutata esse possit.

Non majoris momenti sunt quæ apud Hippocratem aliosque reperiuntur genitivi in ὄν exempla, velut σαρχέων apud Hippocr. vol. 3, p. 242, χειρέων vol. 2, p. 74, vol. 3, p. 462, 474 ed. Littr., quorum non pauca ex codicibus corrigere licet. Μηνέων pro μηνῶν ex duobus libris male illatum Luciano De astrol. c. 5.

Dativi pluralis forma in εστι exiens, velut δαιτυμόνεσσι πάντεσσι παίδεσσι χοράχεσσι, qua epicis et lyricis poetæ sæpissime, tragicis raro usi sunt, interdum omissa propter metri necessitatem altero σ profertur, ut ἀνάχτεσσι ἴνεσι χειρέσσι apud Homerum, πολέσσι apud Pindarum, χέρεσσι et πόδεσσι in fragm. Sophoclis apud gramm. in Cramer. Anecd. Paris. vol. 4, p. 183. Priore forma etiam Dorienses usos esse constat in poesi pariter ac prosa oratione, de quo dixit Ahrens. De dial. Dor. p. 229, 230 : alteri nunquam extra poesin locus fuisse videtur. Nam quod Herodoto 7, 224 ab recentioribus editoribus duorum codicum auctoritate tributum est πλέοντι pro πλέοντι satis convellitur aliis locis (2, 53; 8, 69; 9, 122), in quibus libri omnes in recta consentiunt scriptura πλέοντι. Non minus leviter μήνεσι pro μηνὶ unius tantum codicis auctoritate receptum est 4, 43 et 8, 51. Hæc igitur quum ego rursus expulerim, consequens erat ut δαιτυμόνεσσι quoque, quod 6, 57 librarii posuerant Himerici fortasse memores δαιτυμόνεσσι, corrigere rem legitima forma restituenda δαιτυμόνεσσι. Nec σπλήνεσσι pro σπλήνῃ, quod passim legitur apud Hippocratem (velut vol. 3, p. 328, 450, 452; vol. 4, p. 120, 148, 156, 161, 218, 220 ed. Littr.) recte habere puto. Librarii quam proclives fuerint ad hujusmodi formas inferendas, Archippi versus docere potest ap. Athen. 3, p. 86, C et 90, F.

Απάσιν ἔχίνοις ἐσχάραις βελόναις τε τοῖς κτένεσιν τε,

cui κτενί jam ab Elmslejo est restitutum. Plane enim incredibile est poetam anapæstum ante catalexin iambici tetrametri admittere quam legitima uti maluisse vocabuli forma. Idem vitium apud Pollucem 7, 52 corrigendum, qui πεντέκτενα quid significet explicans non πέντε κτένεσιν ἐνυφασμένοι scripserat, sed κτεσίν.

Nominum in ις, εος (vel εως) desinentium declinatio Ionica quomodo ab Attica differat scheme infra posito declaramus.

Singularis.

ATTICE.

N. πόλις	πόλις
G. πόλεος et πόλεως	πόλιος
D. πόλει	πόλη
A. πόλιν	πόλιν
V. πόλι	πόλι.

Dualis.

N. A. πόλει vel πόλῃ	πόλη et πόλιε
G. D. πόλεοιν	πόλιοιν.

Pluralis.

N.V. πόλεις	πόλιες et πόλις
G. πόλεων	πόλιων
D. πόλεσι	πόλισι
A. πόλεις	πόλιας et πόλις.

Formas omnium hujusmodi nominum Ionicas etsi librarii sæpissime in vulgares mutarunt, tot tamen in codicibus relictæ sunt Ionicarum exempla, ut non dubitandum sit quin recte fecerit Bekkerus, qui Ionicas per totum Herodotii opus constanter restituit, nisi quod ποιήσαι reliquit 2, 82. Dativus singularis in τι longum terminatur. Nam quod Buttmannus (Gramm. vol. 1, p. 189, 211) vulgatarum editionum vitiis et, quod plane alienum ab hac quæstione est, Homericō δαῖ deceptus sibi persuaserat Κλέοβι 1, 31 et ἀπόλι 8, 61, τι brevi dicta esse, vana est opinio. Recte Κλέοβι Bekkerus et ἀπόλι ex pluribus codicibus jam Schweigheuserus correxerunt, ut συμφορῇ ἔχάρι 1, 41, quod ipsi quoque in pluribus codicibus ἔχάρι scriptum, in alii ἔχάρι. Nominativi pluralis formam in τι in omnibus hujusmodi nominibus fere constanter exhibent codices Herodoti, qui tamen non dubito quin contracta potius usus sit πόλις, cuius testes habemus Apollonium De pronom. p. 380, B, a quo εἰ παρ' Ἰωσὶ γραφαὶ πόλις φύσις memorantur, et Greg. Cor. p. 475, de nomine δρίς (quod δρίς scribitur apud Herodotum) et pauca quædam exempla relictæ in codicibus sunt, velut πόλις 2, 177; 7, 22 et 234. Eadem accusativi ratio est, qui etsi ipse quoque non raro in τι terminatus est in libris (ut πόλιας quater duabus in paginis 48, 20, 28; 49, 25, 39), tamen contractam formam, quam ubique restitui oportet, non paucis in locis servarunt codices, præsertim in nomine Σάρδις, velut p. 51, 9, 26, 39, 52; p. 52, 3, 23, 30, in πόλις p. 103, 24; 111, 46; 131, 11; ἱεὶς 95, 49; χαλασίρις 97, 17; χυλήστις 96, 31; δρίς 95, 48, 50; γρῖς, 6; σαγάρις 71, 39, et aliis alibi. Quibus an-

numerare licet exempla terminationis in τις, quod ex ις potius corruptum est quam ex τις. Sic codices δρόεις καὶ σαγάρις p. 71, 39; χαταβάσιεις et χαταβάσιας p. 61, 46. Nominativi et accusativi dualis πόλιε vel πόλη nulla mihi in promptu sunt exempla. Ceterum in his quoque formis, πόλις et πόλη, τι longum est. Nam quod Parmenio Anth. Pal. 9, 113, οἱ χόρια et τοὺς χόρια correpto τι dixit, metri necessitate adactus regularum violavit. Dativi pluralis in τι, non εσι, terminati exempla apud Herodotum plura sunt. Sic πόλισι 1, 151; πίστισι 4, 172; Σάρδισι 5, 102.

Eandem declinationem sequuntur nomina in τι, εσι, ut σίνηπι et πέπερι, σινήπιος πεπέριος, nec pauca barytonorum in ις quæ in dialecto vulgari in genitivo et dativo literam δ adsciscunt, ut Θέμις Θέτις Πάρις Ἰσις Πάπρημις, quorum formæ Ionicæ sunt Θέμιος Θέτιος Πάριος Ἰσιος Ηπειρώμιος, Θέτι Θέτι Πάρι Ισι Ηπειρόμιτ, pro Θέτιδος Θέτιδι etc.

Substantiva barytona in τις et ις quorum casus obliqui in dialecto vulgari contrahuntur, apud Iones formas servant solutas. Sic τριήρης τριήρεος τριήραι τριήρεα, μέρος μέρεος μέρει, pariterque in duali et plurali terminationes Atticæ η, οι, εις, et ω, εις in εε, εα, εοιν, εες, εων, εας solvuntur. Eadem solutiones aliorum quoque substantivorum quorumvis casibus iis adhibentur qui apud Atticos in τι, εις vel η terminantur. Sic πάγκει πάγκες πάγκεας, ἄστει ἄστες ἄστεα Iones dixerunt pro πάγκει πάγκεις, ἄστει ἄστη. Genitivo in εος iideum non solùm pro ους, sed etiam pro Attico οως constanter usi sunt, πάγκες et ἄστεος dicentes, non πάγκεως et ἄστεως. Contratio genitivi in ευς, qua poetæ epici et lyrici usi sunt, γένεις θάμβεις θάρσεις σάκεις et alia hujusmodi dicentes, aliena videtur esse ab oratione prosa Ionom. Male igitur Ἐχεχράτεις in libris quibusdam 5, 92, p. 267, 18. Accusativi nominum propriorum in τις in recentiori dialecto Atticorum non raro declinationis primæ formam adsciscunt in ην, ut Σωχράτην et Ἀριστοφάνην pro Σωχράτη et Ἀριστοφάνη. Nullum hujusmodi formarum vestigium apud Iones deprehenditur, qui veteri forma usi hos accusativos in εα terminantur constanter.

Substantivorum cum κλέος compositorum Attici in oratione prosa formis uti solent contractis, Ἡρακλῆς Θεμιστοκλῆς Περικλῆς etc., in poesi modo contractis modo solutis Ἡρακλέης Θεμιστοκλέης Περικλέης, quas solas admittit dialectus Ionicæ: nam quod apud Herodotum 2, 145 bis legebatur Ἡρακλῆς in Ἡρακλέης et Προκλῆς 3, 50, 51, in Προκλέης mutandum fuit. Casum

obliquorum declinatio Attica est 'Ηρακλέους 'Ηρακλέτι 'Ηρακλέα, accusativo interdum contracto 'Ηρακλῆ : epica 'Ηρακλῆος 'Ηρακλῆτη 'Ηρακλῆ, quam adscivit prosa Ionum, servato tamen e brevi Atticorum, 'Ηρακλέος 'Ηρακλέτι 'Ηρακλέα. Vocativus Θεμιστόκλεες 8, 59, ubi cod. Sancroftianus Θεμιστόκλεις, fortasse pro Θεμίστοκλες.

Nominum in εύς declinatio Ionica est βασιλέυς βασιλέος βασιλέτι βασιλέα, βασιλέως βασιλέων βασιλέωντι βασιλέως· ab qua legitima forma locis plurimis aberrarunt librarii, rarius ad Atticam (βασιλέως βασιλεῖ), səpissime ad epicam (βασιλῆος βασιλῆτη βασιλῆα etc.) : de quo primus accurate præcepit C. L. Struvius in Quæstionum de dialecto Herodoti specimine secundo, diligenter collectis omnium hujus generis nominum apud Herodotum exemplis. Struvium secutus est Bekkerus correctis ubique formis illis ab usu Herodoti alienis. Genitivi in εἰος, ut Ἀχιλλεῖος βασιλείος Περσεῖος, quem Choseboscus vol. 1, p. 60, 13 ed. Gaisf. τοῖς νεοτέροις Ἰωστ, scholiasta Nicandri Ther. 764 Αἴολησibus tribuit, nullum apud Herodotum vestigium deprehenditur.

De declinatione substantivi νηῆς dicetur in indice alphabeticō.

Nominum in ας, ατος, declinationis Ionicæ, quæ ipsa quoque nonnihil differt ab Attica, exempla nonnulla apud Herodotum extant de nominum χέρας γέρας τέρας casibus præter nominativum quattuor χέρος; τέρος, χέρτη, χέρει γέρει τέρα, χέρεων. Quæ formæ probabiliores sunt quam τέρατος et τέρατα 2, 82. Substantivi γήρας dativus γήραι est 6, 24, ut apud Epicos, et genitivus γήραος 3, 14 (in formula ἐπὶ γήραος οὐδῶ) et apud Aretæum p. 3 extr., p. 31, A. Substantivi χρέας genitivus pluralis χρεῶν apud Herodotum 1, 73, 119; 2, 47, 168; 3, 18, qui apud Hippocratem səpius χρέων scribitur.

Nominum in ὁ et ὡς Iones in casibus obliquis terminaciones servant contractas, quemadmodum poetæ quoque epicī fecerunt. Sic ήσους apud Herodotum 2, 8; 7, 167; Ιοῦς 1, 2; Βουτοῖ 2, 156; ἀπεστοῖ 9, 85; εὔεστοι 1, 85; συνεστοῖ 6, 128. Accusativus vero non ut in dialecto et epica et Attica in ὦ terminatur, sed in οὐν, de quo Greg. Cor. p. 427 : τὰ εἰς ω λήγοντα θηλυκὰ ἐπὶ τῆς αἰτιατικῆς εἰς οὐν περατοῦσι, Λητώ Λητοῦν, Σαπφοῦν, ήσω ήσους, αἰδῶ αἰδοῦν. Et sic Ιοῦν apud Herodotum 1, 1, 2; 2, 41; Βουτοῦν 2, 59, 63, 75; Λητοῦν 2, 156; Τιμοῦν 6, 134, 135 : sed contra dialecti normam αἰδῶ 1, 8, et ήσω vel (quod rarius) ἥω 1, 142, 201, 204; 2, 8, 17, 32, 99,

138, 158; 4, 40; 7, 58 et alibi non raro (adde Σαρδῶ 1, 170; 5, 106, 124), quæ librarii debet veterem scripturam interpolantibus jam Koenius animadvertisit in annotatione ad Greg. p. 428. Scribendum igitur αἰδοῦν et ήσων, quorum alteri pepercerunt librarii in versu Hedyli apud Athen. 11, p. 473, A. : ἔξ ήσους εἰς νύκτα καὶ ἐκ νυκτῶν πάλι Σωκλῆς | εἰς ήσουν πένει. Άειεστοῦν et κακεστοῦν annotavit Hesychius, εὐεστοῦν Democrito apud Clem. Al. Strom. 2, p. 498 restituit Valcken. ad Herodot. 1, 85. His exemplis fretus Koenius l. c. etiam εἰκώ, quod apud Herodotum legitur 7, 69, in εἰκοῦν mutandum esse conjectit, aliorum locorum (2, 143, 172) immemor ubi εἰκόνα legitur. Et recte fortasse Koenius : quanquam conjectura non tam certa mihi visa est ut recipiendam ducarem. Nam etsi Atticos genitivum et accusativos εἰκόνος εἰκόνα εἰκόνας in εἰκοῦν εἰκώ εἰκούς contraxisse constat, nominativi tamen εἰκώ, cui apta foret terminatio accusativi Ionica in οῦν, testis nullus est, nisi quis Hesychii glossæ aliquid tribuendum esse censeat Εἰκώ, εἰκών, χαραχτήρ, δψις, in qua literarum certe seriem suadere ut εἰκώ ex ditto-graphia ortum esse putemus L. Dindorfius monuit in Thesauro vol. 3, p. 235. Itaque apud Herodotum, nisi εἰκοῦν scripsit, utrobique aut εἰκώ aut, quod probabilius, εἰκόνα scribendum erit, ut εἰκόνας legitur 2, 172; εἰκόνες 2, 144.

Accusativum nominum Ἀπόλλων et Ποσειδῶν, cuius plena forma Ἀπόλλωνα et Ποσειδῶνα est, Attici non raro ejecto ν in ω contrixerunt Ἀπόλλω et Ποσειδῶ dicentes. Iones vero plenam formam prætulisse videntur, ut Ἀπόλλωνα apud Herodotum 1, 87; 2, 156; 4, 59, et sola ea usi sunt in nomine Neptuni, cuius forma Ionica soluta Ποσειδέων est, testata ab Herodiano Περὶ μονήρους λέξ. p. 11, 5 : unde Ποσειδέωνα apud Herodotum 7, 129; 8, 55. Eandem illam contractionem Attici comparativorum in ω accusativo singulari et nominativo et accusativo plurali non raro adhibuerunt, ut ἀμείνων pro (τὸν et τὰ) ἀμείνονα et ἀμείνους pro ἀμείνονες et ἀμείνονας. Quarum formarum priore Herodotus quoque səpissime usus est. Sic, ut intra libros duos primos subsistam, ἐλάσσω p. 29, 37; 40, 23; 65, 14; 105, 39; 110, 14; 115, 39; 120, 6; καλλίω 46, 46; μέζω 47, 14; 83, 23; 117, 23; 120, 44; (μέζονα 94, 11; 121, 11;) πλέω 46, 6; 47, 13; 58, 39, 43; 73, 38; 83, 22, 24; 92, 3; 93, 29; 97, 30; 118, 14 (πλέονα 119, 51). Alterius formæ exempla aliquot reperiuntur adjectivi πλείους (nisi hoc pro πλεῦνες et πλεῦνας ab librariis positum), aliorum vix illa, velut ἀμεί-

vouc in libris omnibus p. 262, 45, et in uno cod. Schellersh. p. 267, 11, ubi alii omnes ἀμείνονας.

Nomina in ἄων, ἄνον ab Ionibus in εων terminantur. Sic Ἀμυθάνος nomen apud Herodotum 2, 49 Ἀμυθάνος scriptum, et substantivum δπάων, quo s̄pē usi sunt Tragici, δπέωνες 9, 50, 51; unde δπέων pro δπάων restitui 5, 111. Ter-tium hujusmodi nomen est Φιλάνα 8, 11, quod ipsum quoque Φιλένα scribendum, ni fallor.

§ 12.

De adjectivis et adverbii

Declinatio adjectivorum quum iisdem regatur legibus quas de substantiis supra exposuimus, hic non dicendum nobis est nisi de formis quibusdam quae adjectivorum propriæ sunt.

Adjectiva nonnulla in εις desinentia ab Ionibus in εος terminantur. Qualia sunt apud Herodotum præter τέλος, quo Attici quoque s̄pē usi sunt, αγέος βόεος ὁμοδόεος οὔεος ἐπέτεος ἐπιτήδεος et ἀνεπιτήδεος (cum adverbio ἐπιτηδέως), Ἀριμάσπεος (Ἀριμάσπεως 4, 14, quod apud Origenem Ἀριμάσπειχ, apud Tzetzam Ἀριμάσπια scriptum), Ἡράκλεος (in nomine Ἡράκλεων στήλων, quod legitur 2, 33; 4, 8, 42, 185, et accus. Ἡράκλεας στήλας 4, 43, 181), et quod substantivum factum est ὑπώρεα, oblitterata quidem illa plerumque in libris vulgatis illata diphthongo, vel η̄ in Ἡράκλήιων et Ἡράκληιας, sed pluribus in locis recte scripta in melioris nota codicibus. His addendum ἡμιόνεος, quod pro ἡμιόνεος duo de præstantioribus codicibus præbent 1, 188, et suspicari licet alia hujusmodi alibi esse restituenda ubi codices omnes in ει vel i consentiunt, velut 1, 119, μηλέων χρεῶν, ubi probabilius est μηλέων, ut αγέος βόεος et οὔεος, et 5, 53, 54; 7, 151, ubi libri Μεμνόνεος vel Μεμνόνιος, Herodotus vero Μεμνόνεος, ut opinor, scripserat, quod cum epico Ἀγαμεμνόνεος comparandum.

Adjectivorum in εις formis femininis in εια ipsis quoque litera i, et constanter quidem, ab Ionibus eximitur, servato tamen vulgaris formæ et accentu et mensura. Sic θήλεα (de quo Greg. Cor. p. 440) et ἡμίσεα pro θήλειαι et ἡμίσεαι, et βαθέα βραχέα δασέα ὥδεα ιθέα δέσεα παχέα πλατέα ταχέα τρηχέα pro βαθεῖαι βραχεῖαι etc., et numero plurali θήλεαι ἡμίσεαι βαθέαι βραχέαι et sic porro. Genitivus et dativus singularis quum ex communi declinationis primæ regula a longum in η mutatum habeat apud Iones, ut θηλέης ἡμισέης βαθέης βραχέης, θηλέη ἡμισέη βαθέη βραχέη, et librarii, quemadmodum in substantiis in a breve ekeuntibus fecerunt, his quoque in formis lite-

ram η̄ etiam nominativo et accusativo intulerunt, rarius apud Herodotum, sepissime apud Hippocratem aliasque, θηλέη θηλέην, δέση δέσην, εύρεη εύρεην et reliqua scribentes, quæ non dubitandum quin omnia ad rectam rationem sint revocanda, quod de Herodoto præcepit Buttmannus Gramm. vol. I, p. 253.

Reliquum est ut de genitivi pluralis adjectivorum et, quorum ratio eadem est, participiorum passivi forma quadam dubia generis feminini declinationis primæ dicatur.

Genitivi declinationis primæ terminationem περισπωμένην ὄν ab Ionibus in eas solvi syllabas, ex quibus contracta est, id est εων, supra ostendi ubi de declinatione substantivorum agebam. Ex quo sequitur genitivum περισπώμενον adjectivorum eandem admittere solutionem, velut λοιπέων πασέων πολλέων θερινέων δπτέων (πλίν. θων) ἐψηλέων διαφθειρεισέων λεχθεισέων, quam etsi apud Herodotum satis diligenter servarunt librarii, tamen uno alteroque loco neglexerunt, ut 2, 27, ubi θερμέων χωρέων correxi pro vul-gato θερμῶν, et 2, 15, ubi vulgo Ταριχέων τῶν Ηλιουσιακῶν, quod Πηλουσιακέων scripsi, ut Μηδικέων νεῶν legitur 3, 136, et Ἀττικέων γυναικῶν 6, 138. Alia vero eorum adjectivorum lex est quorum genus femininum ex regula ab Arcadio p. 135, Joanne Alex. Tov. παραγγ. p. 17, aliisque grammaticis exposita accentum servat generis masculini, ut οἱ φίλοι τῶν φίλων, αἱ φίλαι τῶν φίλων, οἱ τυπτόμενοι τῶν τυπτομένων, αἱ τυπτόμεναι τῶν τυπτομένων. Nibilominus his quoque formis terminatio in εών non raro tribuitur in codicibus Herodoti, quamvis nec consentientibus ubique inter se nec sibi constantibus. Sic ἀλλέων 4, 182 bis, 184 bis; ἀλληλέων 4, 113; 6, 12, et (ubi plerique omnes ἀλλήλων) 111; ἐκείνεων 4, 111; ἐσχατέων 8, 47; μεγαλέων in uno tantum codice 6, 46; δοκοσέων 5, 50; Αιγαπτιέων 2, 55; 4, 181; ἀντιέων 7, 10; δημοσιέων 6, 57; ἐπιχωριέων 5, 88; κουριδιέων in tribus codicibus 6, 138; διηκοσιέων in duobus 7, 184; χιλιέων ibid. (quod fortasse defendas accentu feminini Attici χιλῶν, quanquam grammatici de hoc ita loquuntur ut proprius videri possit formulæ χιλῶν δραχμῶν). Ἐξακισχιλέων καὶ δισμυριέων in uno codice Mediceo 1, 32, licet in præcedenti διηκοσιῶν cum ceteris libris consentiat. Τετρακοσιέων 7, 190; ἀλισκομενέων quattuor codices 5, 124; ἀνατριβομενέων in duobus 3, 113; ἀρπαζομενέων in multis 1, 4; μαχαμενέων 2, 76 (ubi μαχαμένων ex tribus optimæ notæ libris edidi); πειθομενέων præter unum omnes 5, 18; προκειμενέων in tribus 7, 16; τα-

ρασσομενέων 8, 16; φυλασσομενέων τῶν δδῶν 5, 35; licet in φυλασσομένων τῶν δδῶν omnes consentiant 1, 23. Hæ igitur formæ etsi epicis ἀλλάων ἐρχομενάν similibusque, quas in Ἀν. contraxerunt Dorienses ἀλλὰν ἐρχομενᾶν et alia omnia hujusmodi dicentes, quodammodo defendi possunt, tamen, nisi pluribus certioribusque exemplis grammaticorum ve testimoniois munitæ fuerint, nimio potius Ionismi studio librariorum, ut alia multa, deberi videbuntur: qui tanto facilius errare potuerunt, quod adjectiva illa et participia non raro cum nominibus primæ declinationis in ἑών sunt conjuncta, ut Θηέων Αἰγαπιτιέων, ἐσχατέων χωρέων, δοκούσιν ἡμερέων, μελαινέων ἔουσιν, προχειμενάν γνωμέων, ἀντιέων γνωμέων. Facilius defendi posset ἐτησίων ἀνέμων 6, 140 et 7, 168, quod si scripsit Herodotus, ignotum ei fuit præceptum grammaticorum (de quo v. Thes. Steph. vol. 3, p. 2152 ed. Par.) genitivum non ἐτησιῶν (cui respondet forma soluta ἐτησίων), sed ἐτησιῶν scribentium. Verum quum loco altero duo de libris optimis cum Eustathio ἐτησιῶν præbeant, probabilius videtur ἐτησιῶν utrobiique esse restituendum.

Gradus adjectivorum secundæ declinationis comparativum et superlativum ab Ionibus non solum in οτερος ωτρος et οτατος ωτατος, ut in dialecto communis, sed etiam in εστερος εστατος, ut tertiae declinationis adjectivorum in ης, formari annotarunt grammatici: vid. Etym. M. p. 31, 7; 394, 5; 420, 48; Eustath. p. 1441. Non sunt tamen hæ formæ Ionum propriæ: nam Attici quoque et Dorienses iis usi sunt, quinquam fortasse minus frequenter quam Iones. Quorum Herodotus hanc formam adjectivis adhibuit ἀμορφίστατος ἐρρωμενόστερος εὐνόέστερος σπουδαιέστερος, etsi non constanter. Ἐπιτηδείστατος, quod ex Democrito annotavit Eustathius, nusquam dixit, sed ubique ἐπιτηδεώτερος et ἐπιτηδεώτατος. Ceterum Democritus dubitari potest utrum ἐπιτηδείστατος an ἐπιτηδείστατος dixerit. Diphtongus certe non defendi potest positivi ἐπιτήδειος exemplis in fragmentis Democriti apud Stob. Flor. 46, 46; 76, 16, quorum fides nulla est.

Adverbia ab adjectivis in ης derivata in dialecto communis in ως desinunt perispomenon, quod in ἑως solvitur ab Ionibus. Horum exempla apud Herodotum sunt ἀληθέως ἀσφαλέως ἀτρεκέως ἀφειδέως ἀψευδέως δυσπετέως ἐμφανέως ἐναργέως ἐπιεικέως ἐπιστρεφέως ἐτεραλχέως εὐπετέως εὐπρεπέως εύτυχέως παντελέως προσφιέως σαφέως σαρηνέως συνεχέως. Male igitur ἀχριθέως legitur 7, 32; ἀδεῶς 5, 77; ἀδεῶς 1, 216; 3, 65 et 67; 9, 109. Scribendum ἀχριθέως ἀχλεώς (quod ἀχλεῖς

dixerunt Epici) et ἀδεέως, in quibus duplex et non magis offensioni esse potest quam in adjectivo περιδεέας 5, 44; triplex et in ἐπιδεέες 4, 130 (ubi male nonnulli codices ἐπιδευέες) et 7, 29. Nam formæ contracta fortuito debentur errori librarii, ut παντελῶς apud Hippocratem vol. 2, p. 390 ed. Litt., ἀλλιπῶς apud Aretæum p. 116, ἀφειδῶς p. 108, quod ἀφειδέως scriptum p. 115. Similiter in adjectivis interdum peccatum: sic δημοτελῆ apud Herodotum 6, 57, pro δημοτελέα legebatur. Nec, si ἐπιδεέες περιδεέας et ὑγιέα scripsit Herodotus, intelligi potest cur ἀχλεᾶ ἐνδεᾶ et καταδεᾶ, quæ 1, 1; 2, 108, et 121, 2, leguntur, dicere maluerit quam ἀχλεά ἐνδεά et καταδεά. Inter adverbia vero omisi ἀνακῶς 1, 24; 8, 109, quod non constat utrum ab ἀνακός an ἀναχής sit derivandum.

§ 13.

De pronominibus.

a) DE ARTICULO.

Articuli declinatio apud Iones non differt a dialecto communis, nisi quod dativus τοῖς et ταῖς secundum legem supra memoratam τοῖσι et τῇσι est, pariterque in composito τοισίδε et τησίδε. Nam quod nominativi pluralis οἱ formæ Doricæ τοὶ ταὶ paucis quibusdam in locis in uno altero que libro posita sunt, vix opus moneri librarium factum esse errore.

b) DE PRONOMINE RELATIVO δς ΕΙΣUSQUE COMPOSITIS δσπερ ΕΤ δστις.

De hujus pronominis formarum usu Herodoteo investigando egregie meruit C. L. Struvius in Quæstionum de dialecto Herodoti specimine primo, cuius disputationis nos satis habemus sumiuam exposuisse, omissis quæ Struvius collecta apposuit exemplis librariorumque contra rectam normam peccatis, quæ ab Struvio ita sunt confutata, ut eorum patrocinium nemo in posterum sit suscepturus nisi qui codicum auctoritati serviliter sit addictus.

Pronominis igitur δς et compositi δσπερ una tantum in casibus rectis Herodotus usus est forma δς ή τό, δσπερ ήπερ τόπερ, et in numero plurali οἱ αἱ τά, οἵπερ αἱπερ τάπερ. Casuum vero obliquorum formas non admisit nisi eas quæ literam τ prefixam habent, nisi ubi præpositionem sequantur, quo μέχρι et ἄχρι quoque pertinent: quorum locorum magna ex parte ratio alia est. Nam ubicunque pronomen relativum præpositionem sequitur, quæ apostrophum pati potest, præpositio ultimam vocalem amittit et relativum

τ praefixum asperatur. Apostrophum vero patiuntur prepositiones ἀντί ἀπό διά ἐπί κατά μετά παρά ὑπό, quibus ἀμφὶ et ἀνά addendæ forent, nisi casu factum esset ut harum prepositionum ante pronomen relativum positarum nulla apud Herodotum exempla reperiuntur. Contra ubi in anastrophe pronomen prepositionem antecedit, rursus formæ a consonante incipientes requiruntur. Sic Herodotus 5, 106, τῷ πάρα dixit, licet nusquam παρὰ τῷ, sed ubique παρ' ὡ dixerit.

Prepositiones quæ apostrophum non recipiunt octo sunt hæc, ἐν ἐξ ἐπὶ πρό πρὸς σύν ὑπέρ, ex quibus πρό et ὑπέρ cum relativō simplici conjunctæ apud Herodotum non reperiuntur, περὶ autem ubi cum pronomine relativō conjunctum est, non aliter ponitur quam cum anastrophe, ut 2, 135, αὐτῇ, τῇς πέρι λέγεται δὲ δ λόγος, et interdum alio vocabulo interjecto, ut 4, 16, τῶν ἡμεῖς πέρι λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν, pariterque πέρι, ut 2, 29, τὴν πέρις νομάδες Αἰθιοπες νέμονται. Reliquarum prepositionum (ne πάρεξ quidem excepto, quod sic, non παρέχ, etiam ante consonantes scribitur, ut 8, 73, πάρεξ τῶν κατέλεξα) primaria est lex ut sequens relativum a consonante incipiat, velut 1, 106, τεσσεράκοντα ἵτεα, σύν τοῖς Σκύθαι ἥρξαν, et 4, 134, εἴπει ἄρα πρὸς τούστερ ἐώθεε καὶ τὰ ἄλλα λέγειν, unde 4, 200, τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε χωρὸς πρὸς δ προσῆσθε, πρὸς τὰ scriendum esse recte monuit Struvius. Ad prepositiones vero ἐν ἐξ et ἐξ quod attinet, singularis apud Herodotum usus obtinet, quo relativum, quod eas sequitur, spiritum retinet in formulis ἐν ᾧ hoc tempore, ἐξ δ sive ἐξ οὗ, usque ad id tempus, donec, et ἐξ οὗ, ex quo tempore, ita ut plerumque relativum ad nullum certum nomen, quod vel precedat vel sequatur, referri possit. Eodem modo μέχρι et ἄχρι οὗ dicuntur, nusquam μέχρι et ἄχρι τοῦ. Ubi vero temporis notio abest, prepositiones ἐν ἐξ et ἐξ formas pronominis flagitant eas quæ a τ incipiunt. Cui regulæ quæ repugnant exempla recte judicavit Struvius librariorum deberi erroribus, exceptis fortasse tribus de ἐξ δ exemplis, 4, 156 : κατὰ τοῦτο τῇς χώρης, ἐξ δ γινώσκεται δ Βορυσθένις· 4, 71 : ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Γέρροισι εἰσι, ἐξ δ δ Βορυσθένης ἐστὶ προσπλωτός· 7, 50 : δρᾶς τὰ Περσέων πρήγματα, ἐξ δ δυνάμιος προχελώρησε, in quibus fieri posse ut ἐξ δ, nisi forte ἐξ δον scriendum sit, non ad certum aliquod nomen relatum, sed sic adverbialiter positum, vulgari temporis notione ad spatium translata dixerit Herodotus. Cujusmodi excusatio quum non parata sit novem aliis locis, in quibus ἐξ οὗ ἐξ ἐξ ὃν libris consentientibus legitur (5, 17;

6, 118; 3, 52; 4, 78; 1, 125; 2, 44, 92, 154; 3, 82), non dubitandum quin ἐκ τοῦ ἐκ τῆς ἐκ τῶν cum Struvio sit corrigendum. Nulla enim excoigitari caussa potest cur Herodoto, qui quater (6, 41, 71; 8, 136; 9, 111) γυνὴ ἐκ τῆς τέκνα ἐγένετο vel ἐστὶ dixit, semel (4, 78) & ἐξ dicere placuerit, aut (5, 17) μέταλλον ἐξ οὗ τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξανδρῳ ἡμέρης ἐκάστης ἐφοίτα scribere, quum 3, 115, scripserit νῆσους ἐκ τῶν δ καστίτερος ἥμιν φοιτᾶ.

De pronomine relativō δστις duo esse observanda docuit Struvius, primo nunquam hoc pronomēn a consonante τ incipere (male enim τὴν τινα 1, 90 in omnibus codicibus et τὸν τινα in uno 1, 98 scribi); deinde in genitivis et dativis unice regnare breviorem illam formam quam epicam dicere solemus (δτεν δτεω δτεων δτοισι, pro Atticis δτου δτω δτων δτοισι), nunquam vero reperiiri οὗτονς δτινι δντινων οὗτοισι. (Vitosum igitur est μέχρι δτου πληθώρης ἀγορῆς 2, 173; quod etsi facile in δτεν mutari potest, tamen etiam ex δσου corruptum habere licet, quod legitur 8, 3, μέχρι δσου κάρτα ἐδέοντο αὐτῶν, quamquam quum hic alii iisque optimi libri μέχρις vel μέχρι οὗ πραbeant, probabilius esse puto Herodotum utrobique μέχρι οὗ scripsisse, ut aliis in locis pluribus.) Neque nominativus pluralis generis neutrius δτινα est, sed δσσα (1, 47, 138, 197) pro Attico δτια : quod 1, 138, in libris pluribus in δντα est mutatum. Similiter δσσα vel δσα scriptum in fragmentis Democriti apud Stobæum Flor. 43, 46; 103, 25, cui δσσα ex optimo cod. Paris. restituere debebat Gaisfordus.

c) DE PRONOMINIBUS PERSONALIBUS.

Genitivi ἐμοῦ σοῦ οὗ Iones formis usi sunt et solutis et contractis, solutis ἐμέο σέο ἔο, contractis ἐμεῦ σεῦ ἔδ. Apollon. Dysc. de pronom. p. 342 : ἐμεῦ· κοινῇ Ἰώνων καὶ Δωριέων. Ἐμεῦ δ' Ἐλετο μέγαν δρκον (Hom. Od. Δ, 746),... καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ θεολογίᾳ καὶ ἐτι Δημόκριτος ἐν τοῖς περὶ ἀστρονομίας καὶ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνέχεστερον χρῶνται τῇ ἐμεῦ καὶ ἐτι τῇ ἐμέο. Utriusque formæ apud Herodotum quoque frequentia sunt exempla : sed formæ encliticæ constanter contractionem patiuntur, μεν σεν εν.

Dativi σοι forma enclitica est τοι.

Accusativi pronominis tertiae personæ forma quædam enclitica est μιν (quod νιν dixerunt Dorientes et poetae Attici), quæ modo pro αὐτῷ vel αὐτήν, modo pro έαυτῷ vel έαυτήν dicitur addito intellectuve αὐτῷ vel αὐτήν.

Numeri horum pronominum dualis nulla apud Herodotum exempla exstant.

Nominativi pluralis eadern apud Iones atque Atticos forma est ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς : nam quod in codicibus Herodoti non raro formæ reperiuntur soluta ἡμέας ὑμέας σφέας ; quas ego ubique removi, manifesto est documento qua temeritate librarii falsa analogia specie decepti formas vocabulorum finixerint quæ ipsis viderentur Ionicas. Nam quoniam genitivum et accusativum constanter solvi ab Ionibus, ἡμέων ὑμέων σφέων, ἡμέας ὑμέας σφέας dicentibus, vidissent librarii, eandem solutionem nominativis adhibuerunt, in quibus ne a veteribus Epicis quidem est admissa, ne-dum a prosæ orationis scriptoribus, de quibus disertum habemus Apollonii Dyscoli testimonium in libro De pronomine p. 378 : αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθείαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς. "Εστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ'" Ιωσὶν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἐκαταῖον. Τὸ γάρ ἐν Εἰδωλούχνει « ὑμέες Λίθιον περιγενετε » παρὰ Παρθενίῳ ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληφθὲν οὐ καταψεύσεται διολέκτου πιστούμενής ἔλλογίμοις συγγραφεῦσιν· iterumque p. 380. Quæ nemo erit qui Gregorii Cor. p. 479, Favorini s. v. Ἐγών similiumque grammaticorum auctoritate elevare conetur, qui ἡμέας et σφέας schematis sui explendi caussa posuerunt. Parthenium quid moverit ut ἡμέας scriberet ne-scimus, nisi forte carmen illud ex versibus heroicis puris compositum esse voluit, ut Joannes Tzetza versus a Cramero editos Anecd. Oxon. vol. 3, p. 333, inter quos hic est,

Ὑμέες αὔτε ἔκαστος ἐν οὖσι ταῦτα βαλόντες.

Dativum primæ et secundæ personæ ἡμῖν ὑμῖν in enclisi ἡμιν ὑμιν retracto accentu correptoque i scribendum esse præcipiunt grammatici, quo-rum opinioni in Herodoto non magis quam in aliis scriptoribus se accommodarunt librarii. Ionibus scripturam illam tribuit Apollonius Dysc. De pronom. p. 383 : ἡμῖν Ἰωνεῖς, ή καὶ Ἀττικοί. Τὸ ἔγχλινόμενον παρ'" Ιωσὶ συστέλλει τὸ i. Σημειώδες, καθὸ αἱ ἔγχλινόμεναι τὸν αὐτὸν χρόνον φυλάττουσι ταις ὄρθοτονουμέναις· et p. 384 : ὑμῖν πάλιν παρ'" Ιωσὶ προτερισπάται ἔγχλινομένη, καθὸ συστέλλει τὸ i. Similiter Etym. M. p. 84, 16.

Dativi tertiae personæ duplex est forma, altera ὄρθοτονουμένη σφίσι, altera enclitica σφι : nam quod 7, 149, legitur σφὶ μὲν εἶναι δύο βασιλέας, Ἀργείοις δὲ ἔνα, σφίσι scribendum est ex codice Sancrofiano. De útriusque autem formæ usu recte judicavit Matthiæ, cuius hæc est annotatio ad 1 57 :

« Pronomen σφίσι et σφὶ ab Horodoto ita usurpari, ut hoc pronomen sit tertiae personæ pro αὐτοῖς, *iis, illis*, illud vero semper reciprocum, *sibi, sibi ipsi*, ἐωντοῖσι, sequentibus argumentis satis confirmari videtur. 1º Loci complures sunt, ubi σφὶ et σφίσι hoc significationis discrimine posita proxime sequuntur. Sic 6, 49 : ποιήσασι δέ σφι (ubi solus codex Florentinus σφίσι exhibet) ταῦτα θέως Ἀθηναῖοι ἐπεκέπαστο δοκέοντες ἐπὶ σφίσι ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι, ὡς ἅμα τῷ Πέρσῃ ἐπὶ σφέας στρατεύονται. Conf. 1, 86 : ὡς δέ σφι δσημα ἔφραζε, et mox τοὺς παρὰ σφίσι αὐτοῖς δοκέοντας. 2º Utrumque, σφὶ et σφίσι, centies hac sensus proprietate observata legimus, illud in quacunque fere pagina. Quod ad hoc attinet, conf ex libro primo c. 27, 57 : σφίσι δὲ δυσγλωσσοί, ubi σφίσι ad Κορηστωνίτας et Πλακινοὺς referendum est; c. 93, 94, v. 6 et 8, c. 97 : ἐδίδοσαν σφίσι λόγον (huc conf. 6, 138; 7, 145; 8, 9; 3, 76; 5, 68, quibus locis lectio codicis Sancrofiani σφίσι pro vulgari σφὶ 3, 45, egregie confirmatur), c. 98, 146. 3º In iisdem loquendi formulis σφίσι et ἐωντοῖσι et σφίσι αὐτοῖσι coimmutantur, 1, 97 : σφίσι λόγον ἐδίδοσαν· 6, 138 : ἐωντοῖσι λόγους ἐδίδοσαν· 8, 9 : λόγου σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. 4º Voci σφίσι sacerius appositum est αὐτοῖσι sive αὐτῆσι, ut 1, 86, 146; 6, 42, 126. 5º Plerumque unus saltem codex veram lectionem præbet, ut pauci tantum loci vel codicibus abnuentibus ex hac regula corrugendi remaneant. »

Præter has formas Herodotus accusativo σφὲ usus est, qui trium generum est et singularis et pluralis, pro αὐτὸν αὐτὴν αὐτὸν et αὐτούς αὐτάς αὐτά, et neutro plurali σφέα pro αὐτά.

d) DE PRONOMINIBUS αὐτός et οὗτος.

Pronominum αὐτός et οὗτος declinatio Ionica eadem est quæ dialecti vulgaris, exceptis dativis τούτοισι αὐτοῖσι αὐτῆσι pro τούτοις αὐτοῖς αὐτοῖς, et genitivo feminino αὐτέων pro αὐτῶν, quem annotavit Apollonius Dysc. De pronom. p. 383 : δν τρόπον τὸ νυμφέων διαιρεῖται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ αὐτὸν, δπότε θηλυκὸν σημαίνει, καὶ ἐτι (apud Epicos) αὐτάν. Qua forma in errorem inducti librarii non solum masculinum αὐτῶν interdum in αὐτέων (velut 1, 108; 7, 233, 234), et τούτων, cuius hæc communis trium generum ut apud Atticos ita apud Iones quoque forma est, in τούτεων mutarunt, sed etiam literam ε et aliis a quibus aliena est horum pronominum casibus in syllabam longam exeuntibus inseruerunt, rarius apud Herodotum, centenis in locis apud Hippocratem, Aretæum aliasque recentiores dialecti Ionicæ scriptores, quorum in

libris non solum αὐτέου αὐτέης τοιούτου ταυτέων τοιούτῳ αὐτέῳ αὐτέῃ τοιούτοις αὐτέησι etc., sed etiam cognatae non melioris nota formae reperiuntur, ἑωτέου ἑωτέης τοιούτου τοιούτῳ ἑωτέων τοιούτῳ τοιούτῳ ἑωτέοις τοιούτοισι. Qualia vitia an relinquenda sint recentioribus hujus dialecti scriptoribus nunc non quæram : Herodoto ea omnia eximenda fuisse, quod ego feci, nemo dubitabit qui diligenter collectis rectæ præaque scripturæ exemplis rationem subducere volet. Non magis ferendum ἔκεινών 4, 111, quod ἔκεινον scribendum, ut paullo post (c. 113) ἀλλήλων pro ἀλλήλων ex codice Sancrofiano restituendum : quæ ut interpolarent librarii formis in vicinia positis αὐτέων et μουνωθεισέων permoti sunt.

De pronominibus reflexivis cum αὐτός compositis ἐμεωτοῦ σεωτοῦ ἑωτοῦ pro ἐμεωτοῦ σεωτοῦ ἔκεινον supra diximus § 5. De pronomine ἔκεινος vel κείνος vide indicem alphabeticum.

e) DE PRONOMINA TIC.

Pronominis interrogativi τίς genitivi et dativi singularis et pluralis formæ Ionicæ sunt τίον vel τεῦ, τέω, τέων, τέοις, pro vulgaribus τίνος τίνων τίσι, quas interdum illis substituerunt librarii, velut 3, 38, ubi libri omnes δὲ τίνι γράμψι, quod τέω scripserat Herodotus. Eadem pronominis indefiniti τίς declinatio est, cuius genitivus τεον vel τευ accentum rejicit. Formula πολλῷ τεω, qua utitur Herodotus 1, 181; 2, 48, 67, 124; 4, 47, restituenda Luciano De dea Syr. c. 2, ubi in πολλοστῷ corrupta est.

De composito δοτίς supra diximus sub b.

§ 14.

De numeralibus.

Εἰς. Femininum μία et μίαν in codicibus non raro μίη, et μίην scriptum esse errore librariorum quibus genitivi et dativi μιᾶς μιᾶ formæ Ionicæ μιῆς μιῆ fraudem fecissent, supra notavimus § 10.

De numeris δύο et δυώδεκα v. indicem alphabeticum s. v. Δύο.

Reliquorum numerorum formæ, quatenus a dialecto communis discrepant, hæ sunt, τέσσερες τέσσερις et τεσσερεσκαίδεκα, τριήκοντα, τεσσεράκοντα (non τεσσερήκοντα, quod librarii interdum posuerunt), ὄγδοκοντα, διηκόσιοι τριηκόσιοι εἰνακόσιοι, et cardinalia εἴνατος cum adverbio εἰνάκις et compositis velut εἰνακισχλιοι, τριηκοστός, τεσσερακοστός, διηκοσιοστός etc. Vitiosum πεντηκόσιοι notavimus § 4. De adjективis διπλήσιος τριπλήσιος etc. diximus s. v. Διπλήσιος.

DE CONJUGATIONE.

§ 15.

De augmento.

Augmentum syllabicum ab Herodoto nusquam esse omissum (excepto, in quo Attici quoque non raro omiserunt, plusquamperfecto) tam manifestum est ut mireris νόει 1. 155 et ἔξανταχώρας ib. 208, quorum alterum Schæferus, alterum ego dénum ex codicibus corréximus, non esse pridem ab editoribus emendata. Nec ceterorum scriptorum Ionicorum quisquam hanc libertatem, quæ propria est poesis epicæ et lyricæ, sibi sumpsisse videtur, nisi quis Homericā λίσσετο et φοέγγετο ab Luciano posita esse sibi persuadeat, De dea Syr. c. 19, 22 et 25, quod mihi tanto minus verisimile videtur, quam c. 18 recta in libris forma sit servata λίσσετο, quod c. 19 præbet codex Marciānus. Neque ἀνακέστο ferendum c. 45, sed corrīgēndū ἀνακέστο.

In verbis cum πρό compositis augmentum syllabicum apud Atticos plerumque cum præpositione in unam syllabam contrahitur πρου. Iones vero in his ut in aliis vocabulis formam solutam prætulerunt. Sic apud Herodotum προεῖσιν 1, 134; προέδωκε 6, 23; προευμέστο 5, 78 (ubi male libri nonnulli προύθυμεστο et deterius etiam alii προθυμέστο); 9, 38; προεκαλέστο 4, 201; προεκομίζοντο 4, 121; προεκόπτετο 3, 56; προέφερε 5, 28, et alia : quemadmodum composita a προ — incipientia ipsa quoque contractionem Atticam respununt, velut προοπτέον 1, 20; πρόοπτος 9, 17; προφαίλεσθαι 5, 82.

Aliquanto difficultior de augmento temporali quæstio est, in quo vel addendo vel omittendo etsi summa est in plerisque verbis inconstantia codicum, tamen ut in aliorum vocabulorum formis, ita in his quoque veri quædam vestigia relicita sunt, ex quibus quam normam secutus sit Herodotus probabiliter conjici posse videatur; quanquam multum abest ut has regulas certas putem nullisque dubitationibus obnoxias.

1º Augmento constanter carent quinque verba lingue Ionicæ propria, ἄγινέω et composita, ἀνατισμῶ, ἀρρωδῶ et composita, ἀρτέομαι (cum infinitivo ἀρτέεσθαι, non ἀρτάεσθαι), ἔσσοω. Eadem legi fortasse subjectæ fuerunt trium aliorum verborum formæ Ionicæ, οὐνομάζω, cuius tempora præterita modo ab οὐ modo ab ω incipiunt in codicibus, de quo dixi in indice alphabeticō s. h. v.; οὐρίζω (pro δρίζω), cuius aoristus in paucis ubi legitur locis οὐρίσται scriptus est, non ὥρισται; ἔργω (pro εἰργω, ut ἔρχται pro εἰρχται), quod etsi interdum cum augmentatione scribitur, ut

էչεῖργον in omnibus codicibus 5, 22, κατεῖρξαν in duobus legitur 5, 63, longe major tamen exemplorum numerus augmenti commendat omissionem.

2º Augmentum recte abesse videtur a verbis quibusdam ab usu vulgari remotioribus et sermoni poetico fere propriis, qualia sunt ἀέθλεον 1, 67; 7, 212; ἀλύκταζον 9, 70: ἄνωγε 3, 81; ἐλινυον 8, 71; ἔρδον 9, 103; ἔρξαν 5, 65; 7, 8; quibus haud dubie verba ἀγαπεῖσθαι et ἀξεῖν accederent, si temporum præteriorum exempla apud Herodotum extarent.

3º Augmenti verborum ἑργάζομαι et ἕάω omissi tot sunt apud Herodotum exempla, ut ab his quoque verbis communis dialecti formas ἑργάζουσιν εἰργασάμην εἰργασμαί εἰων alienas habuisse et ἑργάζουσιν (nisi forte ἡργαζόμην scribendum) — έων dicere maluisse videri possit Herodotus, quemadmodum ἔωθι dixit, non εἰωθα : quo pacto etiam ἐνερμένος defendi posset 4, 190, nisi hæc scriptura quattuor codicum, inter quos duo sunt de antiquissimis, auctoritate labefactaretur, in quibus ἐνερμένος scriptum est.

4º Augmentum temporale abjectum videri potest in formis præteriti passivi pluralis Ionicis in αται, quales sunt ὅρμαται cum plusquamperfecto ὅρματο, cuius exempla multa sunt, in libris modo sic modo per ω scripta, ἀγνώσταται 9, 26, memoratum ab Eustathio p. 234, 20, et ἀρτεᾶται 1, 125, cuius scripturæ testis est antiquissimus Stephanus Byzant. (s. v. Ἀρταῖα, Ἀρτεᾶται et Μάστιος), qui male intellectis Herodoti verbis nomen finxit gentis Ἀρτεᾶται, qui error communis ei est, ut videntur, cum librariis qui ἀρτεᾶται scripserunt, quod in pluribus codicibus legitur. De quo si recte judicamus, sequitur errasse editores qui 9, 68 codicum quorundam auctoritate πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἡρτηντο ἐκ Περσῶν ediderint, quod ἀρτεᾶτο scribendum foret, nisi manifestum esset veram esse ceterorum librorum scripturam ἡρτητο.

His igitur verbis a communis dialecti regula exemptis, si modo omnia sunt exigenda, hæc apud Herodotum relinquuntur verba eorumque composita.

1º A vocali incipientia, ἀγάλλεσθαι ἀγγέλλειν ἀγείρειν ἀγοράζειν ἀγορεύειν ἔχαγριον ἀγωνίζεσθαι ἀδικεῖν ἀέρειν ἀτασειν ἀτιστοῦν ἀκμάζειν ἀκούειν ἀκρωτηριάζειν ἀλγεῖν ἀλείφειν ἀλίζειν ἀλισκεσθαι ἀλλάσσειν ἀμαρτάνειν ἀμαρυρόν ἀμειθεῖν ἀμελεῖν ἀμύνειν ἀναγκάζειν ἀνδάνειν ἀνδραποδίζειν ἀνδροῦσθαι ἀνθίζειν ἀνοίγειν ἀντᾶν ἀντιάζειν ἀντιοῦσθαι ἀνειν ἀνένειν ἀξιοῦν ἀπατᾶν ἀπειλεῖν ἀπιστεῖν

ἀπορεῖν ἀπτειν ἀράσσειν ἀργυροῦν ἀρδεῖν ἀρέσκειν ἀριστεύειν ἀρκεῖν ἀρμάζειν ἀρπάζειν ἀρτᾶσθαι καταρτίζειν ἀρτύειν ἀσεῖν ἀσκεῖν ἀσπάζεσθαι ἀσπάρειν ἀσχάλλειν ἀτιμοῦν ἀτρεμεῖν ἀφανίζειν ἀφάσσειν ἀφίέναι (in aoristo ἀπείθησαν, non ἀπέθησαν) διχθεσθαι, ἐγέρειν ἐθέλειν ἐθελοκακεῖν εἶναι (in imperfecto ἦσαν vel ἔσαν) ἐλαύνειν ἐλέγχειν ἐλευθεροῦν Ἐλκειν ἐλπίζειν ἐμεῖν ἔξεμπολῶν ἐνείχαι ἐπείγειν περιέπειν ἐπεσθαι ἐπίστασθαι ἐρᾶν κατερέκειν ἐρέτειν ἐρημοῦν ἐρχεσθαι (cuius aoristus ἦλθον να poëtis quidem sine augmento proferatur) ἐσθεῖν ἐσθίειν ἐτεροιμάζειν ἔχειν ἔψειν, ἵσχειν (cuius imperfectum in libris ἵσχον et πρόστιχον scriptum ἵσχον potius et προστιχον scribendum), δύγκοῦν δδοιπορεῖν δδύρεσθαι δικέλλειν δλλάναι: διμιεῖν δύμάναι δύμολογεῖν δνειδίζειν δνινάναι κατόνεσθαι δπλίζειν δπτᾶν ὑποπτεύειν δρᾶν δρέγεσθαι ἐπιορκεῖν ἔξορκοῦν δρμᾶν δρμεῖν δρμίζειν δρτάζειν δρύσσειν δρχεισθαι ἔξοστρακίζειν δσφράζεσθαι δρείλειν δφλεῖν δγεῖν δχλεῖν. (Omittimus λασθαι λστάναι in imperfecto, λστιάν, quæ augmentum omnino non recipiunt.)

2º A diphthongo incipientia προαιδεῖσθαι αἰνεῖν αἰρεῖν αἰσθάνεσθαι αἰτεῖν διαιτᾶσθαι αὐάνειν αὐδάζεσθαι αὐδᾶται αὐαύειν αὐάνειν αὐξεῖν αὐτομολεῖν, εἴδον εὔδειν εὐδοκιμεῖν εὐθενεῖσθαι εὐνομεῖσθαι εὐοδῶσθαι εὐρίσκειν (quod apud Herodotum constanter sine augmento scribitur ut apud alios cuiusvis dialecti scriptores plerosque : de quo v. quæ dixi ad Aristoph. Nub. 137) εὐτυχεῖν εὐχεσθαι εὐωχεῖν ἀνοίγειν οἰσθαι οἰκεῖν οἰκίζειν οἰκοδομεῖν οἰκοφθορεῖν οἰκτείρειν οἰκτίζεσθαι οἰνοῦν οἰχεσθαι (de quo generi verborum v. ibid.)

Quodsi omissis verbis iis, quæ propter exemplorum paucitatem vix quidquam alterutram in partem ponderis habent, ea tantum spectamus quorum frequentior usus est, omnemque lectio- nis diversitatem, quatenus ex codicibus enotata est, per vestigamus, in multis par fere utramque in partem momentum esse intelligitur, codicibus augmentum temporale aliis in verbis s̄epius in aliis rarius vel addentibus vel omittentibus nec raro uno eodemque in loco in contrarias partes abeuntibus, ita ut facile appareat librarios certæ rationis plane ignaros temere modo hoc modo illud arripuisse, prout quisque vel Ionicæ, qualem animo informasset, vel communis dialecti studiosior esset. Cujusmodi inconstantia et hæsitatione quum non videatur cadere in Herodotum, nihil aliud relinquitur quam ut augmentum temporale in plerisque omnibus istius modi verbis, qualia supra collecta apposui, ab eo vel omissum vel, quæ mihi probabilior sententia videtur, additum esse existimemus, excepto for-

tasse uno alteroque verborum ab diphthongis incipientium, non excepto vero imperfecto ἀμείβετο, quo nullum aliud frequentius sine augmento in codicibus scribitur, librariorum, ut opinor, arbitrio, qui quum Homerum et ἀμείβετο et ἡμείβετο, prout metro commodum est, dixisse scirent, formam augmento carentem ut magis Ionicam prætulerunt; quanquam ἀμείβετο interdum etiam ex ἀμείβεται corruptum esse potest, quo passim usus est Herodotus etiam in narratione rei præteritæ. In universum autem Herodotum augmentum temporale addere quam omittere maluisse, non solum constans augmenti syllabici usus arguere videtur, sed etiam eo probabile fit, quod ne poetæ quidem epicis augmentum temporale omissoevidentur, nisi ubi metri lex postularet. Nam quod apud Homerum II. Γ, 447, in libris omnibus ἄρχε scriptum est pro eo in quo alibi centies consentiunt omnes, ἄρχε, et si qua sunt similia, magna est superstitionis qui recondito nescio cui consilio poetæ quam fortuito veteris alicujus librarii errori imputare malunt. Ceterum de trium verborum augmento jam Hereticum Apetziū et A. Matthiae recte judicasse video. Eorum primum est εἶδον, de quo Apetziū ad 5, 59, hæc scriptis: « εἶδον sæpius apud Herodotum sine diversitate legitur, ἔδον nunquam nisi cum var. lect. εἶδον. Itaque ἔδον Herodoteum videtur, ἔδον grammaticorum, Ionismi Herodoto ipso amantiōrum. » Secundum est ἥλασσα, de quo idem ad 7, 20: « Vulgo ἥλασσαν. Sed huic verbo Herodotus ubique augmentum addit, v. c. 1, 50, 59, 77, 146, 153, 154, 157, 164, 176. Sic 8, 113, scribendum ἔξηλαυνον ex Ald. Sancroft. » Tertium denique est ἥσαν, de quo Matthiae ad 1, 31: « Hoc primo loco in nonnullis codicibus est ἥσαν, ante in ἥσαν omnes conspirabant. In sequentibus etiam sæpius est ἥσαν sine diversitate, ut 1, 34, 57, 63, 65, 74, 80, 93, 100; 5, 138; 3, 45. » Eσαν ubi legitur, semper altera scriptura ἥσαν e codicibus notata est. Itaque hic etiam ἥσαν scriptum oportuit, ut est in Sancroftiano et Vindobonensi et al. » Contraria Wesselingii fuerat sententia in annotatione ad 1, 63; quam secutus Bekkerus ubique ἥσαν scripsit, unde in editionem Didotianam transit, servavit vero ἥσαν in compositis (ut ἀπῆσαν 4, 1; 9, 70; ἐνῆσαν 5, 101; 9, 32; ἐπῆσαν 1, 180; 2, 142; 7, 76, 78, 96, 176; παρῆσαν 1, 45, 48, 82, 115, 119, 126; 3, 86; 5, 13, 99, 108; 6, 8; 7, 53, 202, 218; 8, 67; 9, 30, 31; περιῆσαν 7, 188; συνῆσαν 9, 115; ὑπῆσαν 7, 86), excepto περίσσαν 9, 31, in quo libri, ut videtur, consentiunt præter codicem Sancroftianum,

qui formam manifeste vitiosam oræbet περίσσαν.

§ 16.

De litera ε verbis barytonis male inserta.

Literam ε ut aliis vocabulis pluribus, de quibus supra est expositum, ab librariis Ionicas que ipsis viderentur formas fингentibus interdum insertam esse videmus, ita eadem verborum quorundam barytonorum terminationibus est illata, unde formæ prodierunt ab hoc verborum genere plane alienæ, quæ propriæ sunt verbis contractis, quorum Iones formis uti solent solutis. Sic συμβαλλέσμενος legebatur 1, 68; 3, 68; 7, 24, 184, 189, et ἐπειρεόμενος 3, 64, quæ nunc meliorum librorum auctoritate in συμβαλλόμενος et ἐπειρόμενος sunt mutata; ὑπερβαλλέσθαι vel ὑπερβαλλέσθαι est in libris pluribus 3, 76, ubi recte alii ὑπερβαλλέσθαι, in quo consentit Eustathius p. 144, 61. Porro quum 3, 14 in codicibus antiquioribus quibusdam ἡγεόμενον ἐπὶ θάνατον scriptum esset, alii autem librarii verbum ἡγεσθαι requiri intellexissent, servata terminatione verbi ἡγεόμενον, ἡγεόμενον scripserunt, quod in aliquot codicibus legitur et in editione Aldina. Recta vero quam ego restitui scriptura est ἡγόμενον, quod probabilius esse puto quam quod Schaeferus olim posuit ἡγινόμενον: præcedit enim ἡγοντο (vel ἡγοντο) ποιητὴ τίσοντες. Non minus vitiosa sunt μεμνώμεθα, quod ex aliquot codicibus intulerunt editores nuperi 7, 47, quum recte vulgo legeretur μεμνάμεθα consentiente Eustathio p. 767, 36, et imperfecta ἔψει ἐνείχεται et aoristus ὕφλει pro ἔψει ἐνείχεται, de quibus v. § 21, s. v. Ἔψειν. Suspecta etiam μαχεόμενος 7, 104; 9, 75, et ubi μαχεόμενος scriptum in cod. Flor., 7, 225; συμμαχεόται, quod 7, 239 Schweighæuserus intulit ex Suida (s. v. Εἰχός), cui συμμάχεται ex cod. Leidensi restituit Bernhardyus; et verbi σινέσθαι formæ diductæ, in quibus codices modo consentiunt modo dissentient, σινέσθαι 4, 123; 9, 120; σινέομενος 9, 73, 87; ἐσινέσθαι 9, 13; ἐσινέοντο 5, 89; 9, 49. Nam μαχεόμενος non multum præsidi habet a formis μαχεότο μαχεόμενος μαχεόμενος, quibus pro μάχοτο et μαχόμενος metri caussa, raro tamen, usi sunt poetæ epicis, σινέσθαι autem nihil plane habet quo commendetur, et utrique formæ multo plura rectæ scripturæ exempla obstant. Eadem fere verbi πιέζω ratio est. Nam etsi duplex hujus verbi forma exstitit, altera barytona πιέζω, altera contracta πιέζω πιέζω, hac tamen recentiores potius scriptores usi sunt, velut Plutarchus, ex quo eam memoravit Eustathius p. 1710, 34: veteres an unquam

usi sint dubitatur. Nihil enim tribuendum exemplis duobus Homericis Od. M. 174, 196, ubi πιέζευ in fine versus legitur, aliis libris πιέζον præbentibus, quam formam solam agnoscere videntur Herodianus Περὶ μον. λέξ. p. 44, 3, et grammaticus in Crameri Aeneid. Oxon. vol. 1, p. 367, πιέζω Atticis et Ioniis tribuentes. Quamobrem non dubitavi Herodoto quoque 3, 146; 6, 108; 8, 142, pro vulgato πιέζεμενος ex aliis libris πιέζομενος restituere, qua forma verbi alibi constantem utitur. Reliqua sunt verba ἐπιστέωνται (pro ἐπίστωνται) in quo libri consentiant 3, 134, et δυνεώμεθα δυνέωνται in libris pluribus 4, 97; 7, 163, quibus sine ulla vitiis suspicione usus est Buttmannus Gramm. vol. 2, p. 155 ed. Lob. Manifestum vero est ab librariis factas formas illas esse, deceptis fortasse præsentis et imperfecti formis Ionicis ἐπιστέωνται ἡγιοντάto δυνέαται ἐδυνέατο. Denique contra dialectum Ionicam peccat quod 7, 226 adhuc legebatur ἀπίεστι, in duobus codicibus ἀφίστι scripsit : unde ἀπίεστι correxi. Conjunctivi enim verbi ἑνεται forma Iones utuntur non contracta ut Attici ἑω̄ iō̄, sed barytona īō̄, de qua dixi in indice alphabeticō s. v. ἑνεται, et sic ἀπίει legitur in libris omnibus 4, 190, quod ἀπίει scribendum foret, si isto in loco recte legeretur ἀπίεστι. Omisimus in his singularia unius alteriusque codicis peccata, quæ ipsa quoque ostendunt quam proclives fuerint librarii ad literā. et temere inferendam, velut εὐρέης, quod pro εῦρης scriptum est in codice Sancrotiano 4, 163.

§ 17.

De conjugatione verborum barytonorum activa.

a) DE IMPERFECTI ET AORISTORUM FORMA FREQUENTATIVA.

Imperfecti et aoristorum formam frequentativam activam in σχον, passivam mediumque in σχόμην, cuius de significatione recte præcepit Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 393, Ionicæ dialecto tribuunt grammatici : vid. Etym. M. p. 381, 36. Ejus exempla plurima reperiuntur apud Homerum ceterosque Epicos, nec pauca apud Herodotum, velut ἀγεσκον 1, 148; ἐσάγεσκον 1, 196; ἄρδεσκε 2, 13; 3, 117; μετεκβαίνεσκε 7, 41; ἐθέλεσκον 6, 12; ἀπελαύνεσκον 7, 119; ἔχεσκε 6, 12; ἔχεσκον 7, 119; κλαίεσκε 3, 119; μένεσκον 4, 42; πέμψεσκε 7, 106; σπείρεσκον 4, 42; λάβεσκε 4, 78, et særissime ἔσκον ἔσκε, de quo dixi in indice alphabeticō s. v. Εἴνεται; ὁδρέσκετο 3, 119; γρήσκοντο 3, 117. Eadem forma verbis adhibetur contractis quibusvis : exempla

tamen Herodotea ad solam pertinent formam in ἔω, ut ποιέσκον, 1, 36; ποιέσκε 4, 79; ποιέσκετο 7, 5, 119; πωλέσκε 1, 196; ἡγέεσκε 4, 200, qualia in codicibus plerumque omissa altero e scribuntur. Quod etsi poetarum exemplis defendi potest, qui πωλέσκετο χαλέσκετο χράττεσκε dixerunt propter metri necessitatem, apud Herodotum tamen ut in aliis vocabulis, in quibus formæ solutæ duplex et præbent, plenæ formæ præferendæ videntur. Ceterum legitima in his formis est augmenti et syllabici et temporalis omissione, de qua dictum in Etym. M. p. 625 in., nisi quod poetae hanc quoque legem interdum migrarunt ubi metrum postularet, ut Hom. Od. Υ, 7, ήσαν, εἰ μνηστῆροι ἐμισγέσκοντο πάρος περ. Idem an augmentum etiam præter metri necessitatem addiderint, ut ἀνεμορμάρεσκε πτρέβεσκε παρεκέσκετο apud Homerum leguntur, nunc non quæram, quum Herodotea hujus generis exempla nullius plane momenti sint. Sic κατελίπεσκε, quod 4, 78 legebatur, nunc ex duabus codicibus est correctum restitutum κατελίπεσκε. Λάβεσκον 4, 130 pro ἐλάβεσκον reposuit Schæferus, ut λάβεσκε in libris omnibus legitur 4, 78. Neque ἐσπέμπεσκον 1, 100, scribere in mentem venire potuit Herodoto, quum ibidem ἐπέμπεσκε dixerit. Recte igitur Bekkerus ἐσπέμπεσκον.

b) DE PLUSQUAMPERFECTO.

Plusquamperfecti formæ quæ in dialecto vulgaris in ειν εις ει... εισαν exeunt, ab Ioniis irει (quod respondet formæ Atticæ veteri in η) εις ει et, qua forma Atticī quoque uti solent, in εισαν terminantur. V. Etym. M. p. 386, 14; 419, 10. Sic apud Herodotum ἐώθεα ἐώθεσαν, ἐγέγονες ἐγέγονεσαν, κατεστήκεε, λελαβήκεε πεπόνθε, συνηδέεται, et alia plura. Personam tertiam singularis librarii, ut solent de duabus et alterum omittere, non raro in tertiam personam perfecti corrupterunt. Sic παραβένηκε ἐλήλυθε προαγήκε olim legebantur 7, 40; 8, 50 et 79, pro παραβενήκες ἐληλύθες προαγηκόες.

c) DE OPTATIVO AORISTI PRIMI.

Optativi ut apud Atticos ita apud Iones quoque duplex in verbis et barytonis et contractis usitata forma est, altera αἰμι, αῖς, αῖ, altera αἰμι, ειας, εις, quam et Attici veteres et Herodotus priori prætulerunt. Sic ἀκούσειαν p. 219, 42; ἀποστειλειας 383, 44; 501, 30; δψειαν 397, 45; ἐνείκειε 294, 11; ἐντρέψειαν 377, 42; ἐπιστείλειε 278, 29; κατυπνώσειας 325, 13; λυπήσειε 270, 54; νοσήσειας 331, 52; δπλήσειε 280, 45; δρμήσειαν 387, 9; παλήσειε 390, 29; πελάσειε 449,

30; πέμψεις 386, 46; ποιήσεις 334, 53; συμβουλεύσεις 387, 44; τελευτήσεις 334, 13; φήσεις 296, 47; φιλήσεις 85, 39; φαύσεις 142, 22; 154, 10. *Contra ἀποδέξαιν* p. 394, 7; δίψαι 102, 52; συμβουλεύσαι 183, 6; συνενείκαιν 360, 24; διαφυλάξαιν 305, 48.

d) DE INFINITIVO AORISTI SECUNDI.

Infinitivum aoristi in τιν̄ exeuntem in οὖν solvere solent Iones. Etym. M. p. 465, 49: ἰδεῖν δόριστος δεύτερος καὶ μελλων. 'Ο κανὼν· Ὁ κανὼν ἐπὶ τῶν εἰς εἰν ἀπαρεμφάτων πλεονάζοντες τὸ εἰδὸν τοῦ εειν προφέρουσι, θανεῖν θανέειν. Hujusmodi infinitivorum exempla apud Herodotum de his existant verbis eorumque compositis, βιλεῖν δραμεῖν ἔλειν εύρειν θανεῖν ἰδεῖν λαβεῖν μαθεῖν παθεῖν πεσεῖν πιεῖν ταμεῖν τεχεῖν φυγεῖν et ἀναβλαστεῖν ὑπεκθορεῖν: quorum alia frequentius, alia, ut εὑρεῖν, rarius in codicibus soluta reperiuntur. Ego formam solutam verbis illis ubique restitui, contracta vero servavi ἀγαγεῖν ἔλθειν λιπεῖν τυχεῖν eorumque composita, in quibus libri in formis consentire solent contractis apud Herodotum pariter ac ceteros scriptores Ionicos. Nec monosyllaba σπεῖν (cujus composito περιστεῖν utitur Herodotus 1, 115; 2, 64) et σχῖν ejusque composita ἐπισχεῖν μετασχεῖν παρασχεῖν attentanda esse puto, licet ἐπισχέειν vulgo legatur 1, 32, ubi tamen ex aliis libris ἐπισχεῖν corrigeret licet, in quo omnes consentire videntur 1, 108; 5, 51, 89; 7, 10, 11; 7, 19; 8, 5, 100. Facilius credam ἀδεῖν et ἀπαδεῖν (de quibus vid. indicem alphabeticum s. v. Ἀνδάνω) et ξαμαρτεῖν 1, 108; πτερεῖν 6, 107, in οὖν esse solvenda. Omisi vero εἰπεῖν, quod ex usu Herodoti ἐπαι scribendum fuit, de quo dixi in indice s. v. Εἰπεῖν. Quodsi tamen aoristo etiam secundo usi sunt Iones, εἰπεῖν in εἰπεῖν non magis a quoquam solutum esse puto quam ἔλθειν in ἔλθεειν. Exemptos autem a communi regula nonnullos hujusmodi infinitivos esse non magis mirandum est quam quod Iones constanter δεῖ (oporet) et δεῖν dixerunt, nunquam δέει et δέεται, licet alia omnia hujusmodi verba, inter quae verbum quoque δέεται (*vincere*) est, solvere soleant.

e) DE FUTURI FORMA CONTRACTA.

Futura contracta, quorum forma activa apud Atticos in ὡς τιν̄, media in οὖμαι εἰσθαι exit, ab Ionibus constanter in ἡν̄ οὖν, ἔρημαι έσθαι terminantur, nisi quod vocales τοι interdum in τιν̄, ut in aliis multis verborum formis, coalescent. Sic apud Herodotum ἔριω 6, 43; οὐνομανέω 4, 47; σημανέω 6, 39; κερδανέαις 1, 35; ἀποβαλέει 1, 34;

μενόμεν 4, 119; 7, 141; οὐπομενέουστ 4, 3; ἀμυνέσσι 9, 6; ἀμυνέειν 7, 168; ἔρεων 7, 49; ἀμυνέοντες 9, 60; ἐναγωνιεῦμαι 3, 83; κομιέαι 7, 49; ἀνανεεσται 1, 173; ἀποθανέεται 4, 190; πεσεεται 8, 130; ἀμυνέμεθα 8, 143; κομιεύμεθα 8, 62; φανέονται 3, 35; ἀποβανέονται 4, 95; ἐξανδραποδεῦται 6, 9; ἀποθανέεσθαι 3, 143; ἀποκρινέεσθαι 5, 49; φανέεσθαι 1, 60; ἀπολέεσθαι 3, 71; 6, 29; ἀπολέμενοι 7, 218, et alia plurima. Formarum contractarum quae apud Herodotum exempla vulgo reperiuntur, manifestum est ad unum omnia librariorum imputanda esse negligenter, quam corrigerem non dubitavi. Sic ἔρεις legebatur 8, 100; καταχοντεῖ 9, 17; κομιεῖ 2, 121 (p. 110, 39); γομιοῦμεν 2, 17; ἀτρεμεῖ 8, 68; καταγειεῖν 1, 86; καταπλούτειν 6, 132; μακαρεῖν 9, 93; μενεῖν 4, 147; ἀμυνόντων 3, 155; χαριῆ vel χαρεῖ 1, 90 (quod χαριέαι scribendum erat, ut κομιέαι, quod intactum reliquerunt librarii 7, 49); ἀνδραποδεῖται 6, 17; μανεῖται 1, 109; χαριεῖσθαι 4, 98; ἀνασκολοπιεῖσθαι 3, 132; 4, 43; ἀποκρινεῖσθαι 8, 101; ἐπιστείσθαι 7, 176; χαριεῖσθαι 1, 158; 3, 39. Futuri personae secundæ singularis forma legitima in εεαι exit, librarii vero hic quoque morem suum tenentes alterum ε non raro neglexerunt. Sic libri inter ἀποθανέει et ἀποθυνέαι fluctuant 4, 163, inter εὐφρανέει et εὐφρανέαι vel εὐφράνεται 4, 9; in ἀπολαμπρύνεαι consentiunt 1, 41 (nisi quod nonnulli ἀπολαμπρύνεται præbent), quæ secunda præsentis persona foret, non futuri: quod quum propter sententiam requiri intellexissent editores, mutato solum accentu ἀπολαμπρύνεαι scripserunt. Debebant vero ἀπολαμπρύνεται, quemadmodum illa quoque κομιέαι et χαριέαι, de quibus paullo ante dicebam, κομιεέαι potius et χαριεέαι scribenda sunt, nisi quis in his propter plurium vocalium concursum alterum ε extritum esse sibi persuadeat euphonie causa, cui non multum tribendum est in hac dialecto.

Contrarium rationem Herodotus in futuris quibusdam in ἁσω tenuit, quarum formam contractam, qui Attici quoque utuntur, plenæ præstulit. Sic διασκεδάξ dixit 8, 68; ἐλάξ et ἐλῶται 1, 207; ἀπελάξ 8, 102; ἐλῶν 2, 162; 4, 148; ἐξελῶνται 3, 59; ἀποδιλῶνται 1, 97; δοκιμᾶ 1, 199.

§ 18.

De conjugatione verborum barytonorum passiva et media.

a) DE PRÆSENTI ET FUTURO.

Præsentis et futuri personæ secundæ, quæ in dialecto Attica veteri in ει, in recentiore in γ

terminatur, Iones una constanter utuntur forma soluta in *eis*, velut βούλεαι βούλεύεαι διαχελεύεαι φάνεαι ὀλώσεαι ἔσεαι ἐπιθήσεαι προσκτίσεαι τεύξεαι et alia non pauca apud Herodotum. V. Etym. M. p. 237, 15; 381, 21. Eadem solutio præsentis et futuri formis contractis adhibetur, velut διαιρέεαι 7, 47, 50; ἐπανέεαι 3, 34; προδυμέεαι 1, 206; φοβέεαι 1, 39; 7, 52, et de quibus § 17 diximus κομιέεαι χριέεαι, quibus in exemplis omnibus aliisque alterum e plerumque omiserunt librarii. Alio modo erratum 8, 143, ubi vulgo δέει vel δέη, quod δέεαι scriendum erat, ut 7, 161, ubi duo tantum libri δέη, ceteri omnes δέεαι.

Præsentis indicativi personam secundam quācum in *eis* solverent Iones, rationi consentaneum erat ut conjunctivi præsentis et aoristi secundi personam secundam non in *η*, sed in *ηται* terminarent, quemadmodum δύνηται ἰδηται et alia hujusmodi dixerunt Epici. V. Etym. M. p. 466, 7; 599, 28. Nihilominus Herodotus, nisi codicūm auctoritas fraudem nobis facit, vulgarem conjunctivi formam prætulisse videtur, velut βούλη δέη πείθη θητη παραβάλη et alia præter ἰδηται, in quo libri consentiunt 4, 9, et συνέχηται 5, 23, nisi quod duo συνέχεαι: quæ exempla propter ipsam paucitatem sunt suspecta.

Personæ secundæ singularis imperativi præsentis et imperfecti aoristique secundi quācum indicativi tum imperativi terminatio Attica est οὐ, Ionicæ εο vel, si monosyllaba est, ευ. Sic apud Herodotum ἀπαλλάσσεο 5, 50; ἐπεο 5, 18; ἐπιλέγεο 7, 50; προσδέχεο 3, 62; ἀνέχει 1, 206; 5, 19; βούλει 1, 85; 7, 10, 4; πείθει 7, 10, 4; τέρπει 2, 78 etc.; ἐνετέλλεο 2, 117; ἐγένεο 1, 35; ἀπίκει 1, 124; ἔθει 3, 155; 7, 209; είλει 3, 52, 119; ἐτράπει 7, 39; βαλει 8, 68 extr.; πυθει 3, 68 : nam sic corrigendus est vitiosus librorum accentus πύθευ, quod significaret *putresce*. Eodem modo imperativus solvitur verborum contractorum in *τω*, qui in dialecto vulgari in οὐ terminatur, quod quācum ex έου ortum sit, formam legitimam Ionicam έο esse sequitur. Ejusmodi verborum exempla apud Herodotum sunt αἰτέο δέέτο ἀντιρέο ἀπικνέο ἔγηγέο λυπέο ποιέο φοβέο, quæ librarii plerumque omisso altero e scripserunt. Quod quācum non videatur defendi posse poetarum exemplis quibusdam, velut Homericis ἀτοιρέο Iliad. A, 275, et imperfectis ἐκλέο ἐπωλέο II. Ω, 202, Od. Δ, 811, pro ἀτοιρέο ἐκλέο ἐπωλέο, Herodoto ubique aut duplex e restituendum erit aut forma Ionicæ in εῦ contracta, quæ passim servata in codicibus est, ut ποιεῦ 8, 100; φοβεῦ 1, 9. Im-

perfecti persona secunda δέέτο est in libris omnibus 7, 161, quod ipsum quoque δέέτο vel δέέτο scribendum erat.

b) DE OPTATIVI TERMINATIONE οιατο ET αιατο.

Optativi vocis passivæ et mediæ in dialecto vulgari in οιατο et αιατο exeentes ab Ionibus in οιατο et αιατο terminantur, quibus formis Attici quoque poetæ non raro usi sunt. Exempla Herodotea (ἀγολατο ἀπικολατο βούλολατο γενολατο νομιζολατο φαινολατο φερολατο δεολατο λυπεολατο γευσατο τισατο συναπιστατο etc.) intacta reliquerunt librarii, nisi quod ἐργάσαντο pro ἐργασιατο 8, 108, et δύναντο scripserunt 6, 44, quod in δυνατο est mutandum, ut legitur 7, 103.

c) DE PERFECTI ET PLUSQUAMPERFECTI PASSIVI PERSONA TERTIA PLURALIS.

Perfecti et plusquamperfecti passivi tertiae personæ pluralis in verbis et barytonis et contractis in literas *υται* et *υτο* in dialecto communis exeunt, exceptis verbis iis quibus propter consonantium concursum terminatio illa adhiberi nequit, quorum personæ tertiae per participium perfecti cum verbo εἰσιν vel ησαν conjunctum exprimi solent. In dialecto vero Ionicæ ut optativi in οιατο et αιατο exeentes in οιατο et αιατο terminantur, sic in tertia persona perfecti et plusquamperfecti communis omni sere verborum generi terminatio est αται et ατο, qua Attici quoque interdum usi sunt. De ea sic præcipit Gregorius Cor. p. 483: οἱ Ἰωνεῖς τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν παθητικῶν παραχειμένων οὔτω ποιοῦσιν. Ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ἑνίκων, τοῖς ἔχουσι πρὸ τοῦ τ ψιλὸν, τρέπουσι τὸ ψιλὸν εἰς τὸ ἀντιτοιχοῦν δασὺν καὶ ποιοῦσι προσθήκην τοῦ α, νένιπται νενίφαται, λέλεκται λελέχαται, γέγραπται γεγράφαται. Πᾶν γάρ τρίτον ἑνίκων, ἔχον πρὸ τοῦ τ ψιλὸν, τροπῆ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺν καὶ προσθέσει τοῦ α ποιοῦσιν οἱ Ἰωνεῖς τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν. Εἰ δέ τοι εἴη τὸ κοινὸν διὰ τοῦ στ βαρύτονον, τότε καὶ τὸ Ἰωνικὸν ἔχει πρὸ τοῦ αται τὸ χαρακτηριστικὸν σύμφωνον τοῦ μέσου παραχειμένου, πέφρασται πεφράδαται, διτι πέφραδα, ήλευσται ήλευθαται, διτι ήλευθα. Εἰ μέντοι ἀπὸ περισπωμένων φύσει μακρῷ παραληγόμενον, ταύτην συστέλλουσι πρὸ τοῦ αται εἰς τὴν δρειλομένην συστολὴν, πεποίηται πεποιέται, βεβόηται βεβοέται. Quibuscum comparanda Eustathii notationes p. 234, 10; 1568, 31; 1895, 44, et grammaticorum ir. Etym. M., ubi de Homericis exemplis agunt, velut βεβολάτα δειδέ, αται δεδιάται δεδομήτα δέρραδαται εἰρύαται. Herodotea hæc sere sunt, ἀγωνίδαται ἀναραιρέαται ἀποδεδέχαται ἐδε-

δέστο εἰλίγατο κατειλήγατο σιρέαται ἡγέαται τεθά-
φταται ἰδρύαται ἐνιδρύαται ἀπίκαται ἀπίκατο (pro quo
ἀπιγμένοι ἦσαν p. 462, 26) κεκλέαται (i. e. κέ-
κληνται) ἀποκεκλέχται vel ἀποκεκλήσαται κεκοσμέα-
ται ἔκεοσμέατο ἔκτέαται ἔκτεατο οἰκέαται οἰκέατο
κατοικέαται κατοικέατο οἰκοδομέαται ὠρμέαται ὠρ-
μέατο ἐπιστειρέατο ἀναπεπτέαται ἐνεπορέατο ἐσ-
σάχατο ἐσκευάδαται ἐσκευάδατο (pro quo ἐσκευ-
ασμένοι ἦσαν dixit p. 339, 1, 21; 344, 8; ut
ἐσταλμένοι ἦσαν p. 338, 52) παρεσκευάδατο ἐστά-
λατο κατεστράφατο ἐτετάχατο ἐτετιμέατο τετράφαται
ὑμένται διεφθάρατο καταχεγύναται κεχωρίδαται. Ho-
rum pleraque recte scripta sunt in codicibus, etsi
non constanter : neque enim mirandum in his
quoque formis ad dialectum vulgarem aberrasse
librarios. Sic ἡγγηνται est in libris 2, 40, 69, 72,
licet in ἡγέαται consentiant 1, 136; Ἀρυνται 2,
42, sed ἐνιδρύται et ἰδρύατο ib. c. 156, 182;
ἔκτηνται 2, 42; 3, 97; ἔκτηντο 5, 90; οἰκηνται
vel κατοικηνται 1, 142; 3, 57; 4, 51, 53; 5, 49;
7, 122; quae corrigerre non magis dubitavi quam
διοίγηνται 4, 136, in διοιχέαται mutare. Incertum
est περιεβεβλήσατο 6, 24, de quo paullo post di-
cetur. Si tamen plusquamperfecto illo usus est
Herodotus, περιεβεβλέατο potius scribendum erit
ex regula ab Gregorio Cor. recte exposita, quæ
non convellitur Homericō περοθήσατο et si qua
sunt similia quæ metro coacti dixerunt poetæ.
Alia dubitatio de verbis est ἐπέπαυντο (1, 83;
7, 52) et ἐκδέδωρίενται 8, 73, quorum prius
Schweighäusero in ἐπεπάντο mutandum vide-
batur, alterum ἐκδέδωρίδαται cum Valckenario
scribendum erit, si quid librorum quorundam
tribuendum lectionibus ἐκδέδωρίσται ἐκδέδωρίσται
ἐκδέδωριάτε. Ego utrumque intactum reliqui nec
δέδονται (7, 134) et κατέστρωντο (8, 53) fore
puto qui in δεδόσαται et κατεστρώσατο, formas in-
auditas, mutari velit. Idem de perfectis παρατέ-
τανται apud Hippocr. vol. 4, p. 190, et σεσῆμαν-
ται apud Lucian. De dea Syr. c. 48, aliisque non-
nullis dicendum.

*d) DE PRESENTIS ET IMPERFECTI PERSONA TERTIA
PLURALIS IN ΕΑΤΑΙ-ΕΧΤΟ ET ΥΑΤΑΙ-ΥΑΤΟ.*

Quam perfecti in omni prope genere verbo-
rum propriam esse supra ostendimus termina-
tionem in εαται, eadem ab Ionibus præsenti
verborum quorundam est adhibita, quorum
persona tertia in αυται ενται εινται ηνται exiens
externam quandam cum perfecto similitudinem
habet. Ex quo genere apud Herodotum sunt
formæ magno exemplorum numero comprobatae
δύνεαται ἐπιστέαται cum imperfectis ἐδύνεατο
ἡπιστέατο pro δύνανται ἐπίστανται ἐδύναντο ἡπι-

σταντο, et ιστέαται ιστέατο ξαται ξατο κέαται ξέατο
τιθέαται ξιθέατο eorumque composita, pro
ιστανται ισταντο ξινται ξιντο κείνται ξικείντο τιθενται
ξιθίντο : in quibus exprimendis raro tantum a
recta norma aberrarunt librarii, ut προτίθενται
in codicibus omnibus scriptum 2, 40, et codice
uno excepto 4, 26. Recte vero παρετιθέστο et
προτίθεσται in omnibus 1, 119, 133. Sed 7, 119,
ubi nunc τιθέαται cum neutro plurali constru-
ctum legitur, præferenda videtur aliorum codi-
cum scriptura τιθεται, ut ξιρτητο τὰ πράγματα 9,
68, e libris quibusdam supra correxisimus pro
vulgato ξιρτηντο. De verbis in υμι unum tantum,
ni fallor, in libris Herodoti servatum est formæ
Ionicæ exemplum, ἐδεικνύστο 9, 58. Quod si
recte scriptum est, et videtur recte scriptum
esse, manifestum est verbis ἐπεδεικνυντο 7, 223,
ἀπεδεικνυντο 9, 40, et si qua reperiuntur similia,
velut πήγνυνται 4, 53, ἀπώλλυντο 2, 120, Ionicas
restituendas esse terminaciones υαται et υατο.
Ἀπόλλυνται apud Lucian. De dea Syr. c. 47.

Reliquum est ut de præsenti et imperfecto
in αυται αυτο et aoristis formæ medie in αυτο αυτο
dicitur, quibus ipsis quoque Ionica illa termi-
natio in εαται εατο interdum tributa est in codi-
cibus. Est tamen horum exemplorum numerus,
si cum ceterorum multitudine comparetur, tam
exiguus, ut non videatur dubitari posse quin illa
omnia librariorum debeat interpolacionibus,
qui etsi frequentius peccant formas Ionicas in
vulgares mutando, tamen etiam in contrarium
partem aberrasse deprehenduntur formas quæ
nunquam extiterunt Ionicas fingendo, quales
aliquoties supra notandæ nobis fuerunt. Sunt
autem exempla illa hæc, ἐκδίδοσται ἀγέαται ἀπα-
γέταται pro ἐκδίδονται ἀγονται ἀπάγονται in uno
codice Schellershemiano 2, 47 et 67; qui pari-
ter κηδέαται pro κηδονται πρæbet 1, 209, quod
κηδέανται scriptum in codice Passionei, si vera
rettulit Wesselingius. Ἐβούλεατο 1, 4; 3, 143,
quod vel ex ἐβεουλέατο corruptum vel ex
ἴβούλοντο, quod priore loco legitur apud Plut.
Mor. p. 856, F, Herodoti verba afferentem ;
ἔγινεατο 1, 67, ubi libri optimi ἔγινοντο ; ἔγε-
νεατο 2, 166; περιεγένεατο 1, 214, ubi tres, inter
quos Sancroftianus, περιεγένοντο; ἀπεγράφεατο
5, 29; ἐναπενίζεατο 2, 172; ὑποδεχεατο tres codd.
pro ὑπεδέχοντο 4, 167; ἐπιθέατο plerique 7, 172,
ubi duo ἐπύθοντο, in quo paullo post c. 173 et
175 consentiunt omnes. Περιβαλέατο San-
croftianus aliquique nonnulli 6, 24, ubi alii πε-
ριεβεβλήσατο : ut dubitari possit utrum περιβά-
λοντο an περιεβεβλέατο scriperit Herodotus.
Ἐσινεατο 7, 147, quod ἐσιναντο recte scriptum

in omnibus 8, 31. Denique, quæ paullo frequenter sunt in codicibus, ἀπικέσται pro ἀπίκχται et ἀπικέστο modo pro ἀπίκχτο modo pro ἀπίκχτο scripta.

Verbis contractis terminatio illa tribus tantum locis temere illata est, primo 1, 76, ubi quum ab Aldo ἐπειράστο editum esset vitiōse, ex aliquot codicibus ἐπειράστο ab aliis editoribus est correctum. Verum quum libri quidam optimi ἐπειρώντο præbeant, non difficile est rectam revocare verbi formam ἐπειρέοντο. Alter locus est 5, 63, ubi quum librorum scripturam ἐμηχανέσθαι merito in dubitationem vocasset Matthiae, duas proposuit conjecturas, ἐμεμηχανέστο et, quam vitiōso isto ἐπειράστο defendit, ἐμηχανόντο, posthabita quam ipse memorat ex 8, 7 et 52, vera forma verbi ἐμηχανέστο, quam huic quoque loco reddi oportebat. Alia tertii loci conditio est 1, 68, δκως ἐπειράστο ἀλλήλων, ubi nulla e libris annotata est lectionis diversitas præter ἐπειράστο ex cod. Paris. uno, quod in ἐπειρέοντο mutandum foret, nisi huic loco aliquanto aptior esset optativus πειράστο, quem restituendum esse bene vidit Schweighæuserus.

e) DE CONJUNCTIVO AORISTI PRIMI PASSIVI.

Aoristi hujus pariterque aoristorum βῶ εἰδῶ θῶμαι et στῶ ω in dialecto communi perispomenon in ἡω solvunt Iones in verbis et barytonis et contractis. Ex quo genere apud Herodotum sunt ἀπαιρέσθω p. 154, 11 (unde ἀποδεχθῶ p. 43, 26, et ἐπιμνησθῶ p. 73, 21, in ἀποδεχθῶ et ἐπιμνησθῶ sunt mutanda), ἔσσωθεάμεν p. 211, 18; αἱρέθωσι p. 299, 1; ἀνδρῶθεάντι p. 359, 24; ἐπιφανέωσι p. 248, 15; ἔσσωθεάσι p. 276, 29; εὑρέθεώσι p. 94, 2; νικηθεώσι p. 397, 16; ὁρμηθεώσι p. 14, 38; δρθεώσι p. 387, 14; συλλεχθεώσι p. 92, 6; 293, 24; συμμιχθεώσι p. 352, 43; φτνέωσι p. 13, 8; ἐπιθεώμεν p. 335, 21; εἰδέω p. 178, 7 (male vulgo εἰδῶ p. 107, 6; εἰδέωσι in fragmento Democriti apud Stob. Flor. 29, 88); προσθέω p. 37, 12; περιθέωμεν p. 160, 42; θέωσι p. 203, 34; ὑπερθέωμαι p. 246, 25; 320, 37; διαθέωνται p. 65, 18; ἐπιθέωνται p. 372, 31; ὑπεκθέωνται p. 386, 33 (cum optativo προσθέσιτο p. 16, 23; ὑποθέσιτο p. 384, 41); ἔξαντεώμεν p. 215, 40. Similem solutionem aoristorum illorum personis iis quæ η perispomenon habent ab Ionibus adhiberi, velut εὑρεθῆσι pro εὑρεθῆς, Buttmanni (Gramm. vol. 1, p. 336) aliorumque grammaticorum opinio est, quod ad Herodotum attinet de nihilo ficta, nisi quis deῃθέη probet quod Bekkerus 4, 154, pro vulgato ὅτι ἀν δεῃθῆ intulit, Suidæ (s. v. Βάττος) inductus

scriptura δεῃθέη, quæ ex δεῃθῇ est depravata, quemadmodum 4, 196, πρὶν ἀν σφι ἀπισωθεῖ olim legebatur, ubi nunc ἀπισωθῇ e libris optimis est correctum. Recte igitur δεῃθῇ legitur, ut p. 165, 7; 175, 57. Eademque forma in aliis omnibus hujusmodi aoristis servatur, ut ἐπαρθῆς p. 70, 49; ἐπειχθῆς p. 402, 26, 31; κατονοσθῆς p. 116, 54; μνησθῆς p. 363, 5; νικηθῆς p. 23, 20; φοβηθῆς p. 275, 3; ἀναγνωσθῆ p. 384, 11; ἀνενειχθῆ p. 391, 4; 401, 16; ἀποκλησθῆ p. 54, 40; ἀποπειρθῆ p. 95, 27; ἀπορραγῆ p. 80, 51; δηλωθῆ p. 53, 4; διαβληθῆ p. 391, 5; ἐκπολεμωθῆ p. 155, 4; ἀλκυσθῆ p. 47, 45; 94, 51; ἔξενειχθῆ p. 99, 1, ἐπευρεθῆ p. 460, 11; ἐψηθῆ p. 200, 39; καρῆ p. 219, 4; κατατρωθῆ p. 137, 41; κατακαυθῆ p. 202, 46; κατακλυσθῆ p. 243, 49; κατακοινηθῆ p. 186, 10; κομισθῆ p. 98, 4; κρυθῆ p. 241, 14; μιχθῆ p. 66, 31, 51; 131, 29; 231, 46; ὁριωθῆ p. 69, 145; παρευρεθῆ p. 142, 40; προσδιαλεγθῆ p. 149, 26; προσενεχθῆ p. 274, 44; σαπῆ p. 85, 47; σφαλῆ p. 365, 31; τιμηθῆ p. 241, 15; φανῆ p. 99, 29; 123, 13; 141, 33; 177, 38; ἀναδῆ p. 76, 10; ἐκδῆ p. 94, 24; 377, 16; ἀντιστῆ p. 336, 60; ἀποστῆ p. 420, 15; ὑποθῆται p. 315, 27; 416, 9.

f) DE AORISTI MEDII PERSONA SECUNDA SINGULARIS ET DE IMPERATIVO VERBI ἐπίσταμαι.

Aoristi primi medii personæ secundæ singularis terminatio Attica in ω ab Ionibus constanter in αο solvitur. V. Etym. M. p. 324, 11. Sic apud Herodotum ἀπεφῆσαο p. 335, 41; ἀπωρχήσαο p. 314, 19; διεπρήσαο p. 152, 53; ἔβουλεύσαο p. 324, 28; ἔδεξαο p. 244, 25; ἔκτησαο p. 329, 33; ἔμιμησαο p. 143, 19; ἔργάσαο p. 14, 8; 102, 24; 273, 36; 333, 42; ἔφθεγξαο p. 273, 25; 346, 4; κατεχρήσαο p. 40, 27; προσεκτήσαο p. 171, 45; ὑπεθήσαο p. 325, 3; ex quibus satis, ut opinor, manifestum est ἐποιήσω, quod p. 412, 11 legebatur, in ἐποιήσαο mutandum fuisse.

Similis imperativi verbi ἐπίσταμαι forma est, qui apud Atticos ἐπίστασο vel ἐπίστω est, apud Iones ἐπίστασο, quod servarunt tres libri optimi apud Herodotum 7, 209, pro vulgato ἐπίστασο: unde ἐπίστασο ib. c. 29, in ἐπίστασο mutandum cum L. Dindorfio Thes. vol. 3, p. 1793, A, et ἐξεπίστασο 7, 39, in ἐξεπίστασο.

§ 19.

De conjugatione verborum contractorum.

Formas Ionicas verba contracta alias sibi proprias, alias cum barytonis communes habent. De his quum supra sit expositum, ubi de con-

jugatione barytona explicabamus, de illis tan-tum dicendum nobis restat.

a) DE VERBIS IN ἡω.

Verborum in ἡω, quæ Attici in ὦ contrahunt, Iones (uno de quo infra dicam verbo excepto) formis utuntur solutis, quarum de una Heraclides apud Eustath. p. 1892, 38 : τὸ παρ' ἡμῖν ἔπλει καὶ ἔρρει παρὰ τοὺς Ἰωταὶ ἔπλεεν ἔρρεεν, ὡς τῆς εἰ διφθόγγου τεμνομένης παρ' αὐτοῖς εἰς ἄμφῳ ταῦτα, et de presenti et imperfecto Greg. Cor. p. 395 sq. Earum paradigma quum ex vulgaribus grammaticorum libris peti possit, apponere superse-demus, satis habentes peccata quædam notasse librariorum, qui interdum formas invexerunt contractas, licet millenis in locis servaverint Ionicas solutas. Sic ἀγνοεῖν scribebatur pro ἀγνο-έειν 2, 162; ἀποστερεῖ 6, 65; αὐχείτε 7, 103; βοήθει 7, 157 (sed ib. c. 159, βοήθεε), δηλητᾶτι pro δηλένται 4, 187; δυσθύμει 8, 100; ἔξηγηται 6, 74; ἔξηρκει 7, 161; ἐπιμετρουμένου 3, 91; εὐνοεῖν 9, 79; κινεῖ 3, 80; μαρτυρεῖ 8, 94; μνεῖται 8, 65; ἔνδροντες 2, 65, et περιένδροντες 3, 8 (sed ἔνδρεονται 2, 66, et ἔνδρεῦνται 2, 38 et 37); περιποῶσι 8, 76; ποθῇ 3, 36, ποιῇ 3, 69; ποιεῖ 2, 169, ποιεῖν 5, 75 (sed ποιέοιεν 8, 26; 9, 104); ποιητᾶτι 9, 45; ποιοῖτο 7, 48 (sed ποιέοιτο 8, 67); πολεμεῖν 5, 120; τηρεῖν 9, 104; χώρει 5, 72; ὠθεῖ 3, 78. Alijs in locis utraque in libris forma est, velut 8, 26, ubi vulgatum θεωροῖεν ex duobus codicibus est correctum. Exemptum vero ab hac regula est verbum δέει (οπορτει vel opus est) ejusque infinitivus δέειν una cum compositis ἔνδεειν ἔνδεειν καταδεειν etc., quæ non solum apud Herodotum, sed etiam apud Hippocratem ceterosque scriptores Ionicos tam constanter forma contracta scribuntur ut vix unum alterumque solutæ exemplum in libris reperiatur, velut δέει apud Herodotum 3, 127; 8, 68; δέειν 8, 62: quæ corrixi. Imperfectum vero δέεει est, non δέει, quod legebatur 2, 15; 3, 80; 7, 168. Nec δέεεσθαι quod legitur 5, 79, 80, in δέεσθαι contraxisse videntur Iones, multoque minus δέειν νικιεῖν significatione dictum in δέειν contrahi poterat, quod uno in loco Herodoti (1, 11) fecerunt librarii ἔνδεειν scribentes, et sæpius, quamquam non constanter, apud Hippocratem.

Optativi forma Attica in οἶην, cuius exempla plura sunt apud Hippocratem (velut αἴμορραγίη vol. 4, p. 112; ἀπωθοΐ ib. p. 226, et cum var. lect. ἀπωθεόι p. 304; ἔνωφλοι p. 132; ποιήη p. 82), Herodotus in verbis contractis non magis usus est quam in barytonis. Nam quod 6, 36 legebatur ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον εἰ ποιεῖ-

(duo codices optimi ποιοῖ, alias ποιεῖη) τάπερ.... προσεδέοντο, ego ποιεῖη scripsi cum Dobræo ex usu Herodoti, cujus ignarus librarius aliquis ποιοῖη interpolavit.

Syllabis εο et εου, ut in substantivorum et adjectivorum formis, de quibus supra diximus, ita in verbis quoque Iones et solutis et in ευ contractis usi sunt, velut καλέουσι ποιέουσι διάλεον ἔποιεόν ἔκαλεόμην ἔποιεύμην et καλέσι ποιεύσι ἔκαλευν ἔποιευν ἔκαλεύμην ἔποιεύμην, in quibus formis exhibendis tanta est fluctuatio codicum ut certam qua earum usus regeretur normam indagare mihi non magis quam aliis contigerit. Hoc tamen non improbabiliter conjici posse mihi videtur, Iones, ut fert vivæ vocis natura ad contrahendas syllabas quam ad distinguendas proclivioris, in communi sermone formas illas contractas potius quam solutas pronunciasse: scribentes vero alii fortasse solutas, alii contractas prætulerunt, alii denique utrisque promiscue usi sunt. Inter quos si fuit Herodotus, facile intelligitur nunquam ad liquidum per ductum iri qua quoque in loco et quoque in verbo forma usus sit. Nam codicum in tali re fides plane nulla est.

b) DE VERBIS IN ἀω.

Verba in αω pleraque omnia literam ω ex αω αο vel αου contractam in formas verbis in εω proprias εω so vel εου mutatam habent in dialecto Ionica, velut δρέω δρέοντες ὕρεον δρέουσι et conjunctivus δρέωσι pro δρῷ δρῶντες ὕρων δρῶσι. Alienam tamen hæc diversarum conjugationum permutatio habita est ab verbo ἔω, cuius exempla plurima (ἔωσι ἔων ἔωντες ἔων etc.) sunt apud Herodotum, et a monosyllabis velut κλῶ (κατέκλων 9, 62), κνῶ (cuius infinitivi tantum κνῦν et aoristi ἔκέχνησε exempla apud Herodotum sunt), σῶ (σωσι, i. e. σήθουσι, 1, 200), φῶ (καταψῶσαν 6, 61), quæ nemo erit qui in ἔέσθαι ἔέσθαις ἔέσθαις κατέκλεον σέουσι καταψέουσαν, formas inauditas, mutari velit. Eadem haud dubie ratio verbi σμῶ est, cuius imperfectum ἔξεσμων legitur 3, 148, consentientibus libris et Hesychio, si ejus glossa ἔξεσμων ad hunc locum est referenda. Ἐξέσμω autem si scripsit Herodotus, non est verisimile eundem διασμόντες scripsisse, quod nunc legitur 2, 37, ex aliquot codicibus partim hoc par-tim διασμόντες præbentibus, sed διασμόντες dicere debuit, quod in tribus aliis iisque optimis libris legitur. Ex quo sequitur Valckenarium quum 7, 209 corrigeret τὰς κεφαλὰς σμένται (libri κοσμέονται), collato 4, 73, σμησάμενοι τὰς κεφαλάς et 9, 110, τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμένται,

etsi de verbo restituendo recte haud dubie iudicavit, tamen in forma errasse, quæ σμῶνται potius esse debebat, quod ipsum quoque facile in κομέονται corrupti potuit. Inter verba polysyllaba in ἀω preter ἔω unum tantum et quod non sine veri specie quadam ab conjugatione Ionicæ exemptum esse credi possit, vixī, quo licet sæpius usus sit Herodotus, tamen nullum usquam formæ vixī vestigium deprehenditur: quanquam fieri potest ut librariorum nos ludificetur in genuina verbi forma interpolanda constantia. Nam si vixī recte legitur in fragmento Democriti apud Stobæum Flor. 43, 34, nulla probabilis ratio excogitari potest, cur eadem forma uti non potuerit Herodotus. Accedunt ad hoc alia quædam verba (velut ἀπαντῶ γελῶ ἐγγῶ ἐρευνῶ λυσῶ νωμῶ δρθαλμῶ πειῶ σιγῶ φυρῶ), quæ ipsa quoque in codicibus Herodoti constanter contracta reperiuntur: quibus tamen propter exemplorum paucitatem nihil est tribuendum. Quamobrem, omissis his, ego exempla formarum Ionicarum ab iis potissimum verbis petam, quorum major est exemplorum copia. Nam quum libri in his quoque verbis modo Ionicas modo vulgaris dialecti formas præbeant, non multum effici patet verbis quorum alterutram formam paucis tantum exemplis testatam habemus, sed majore opus esse numero, ex quo si vera hujus conjugationis forma cognita fuerit, etiam de rarioribus verbis et facilius et probabilius judicari poterit. Est autem omnium frequentissimum verbum δρῶ. Hujus præsentis persona prima singularis et indicativi et conjunctivi est δρέω, servata in libris 1, 111; 7, 236; et ἐνορέω 8, 140, 2 (ubi codex Schellersh. ἐνορῶ), τολμέω 8, 77; sed obliterata 1, 207, ubi omnes τὸ ἀν δρῶ, quod ego δρέω scripsi.

Persona prima pluralis indicativi δρέομεν legitur 5, 40, et 9, 58, paucis tantum in libris in δρέομεν vel δρῶμεν corrupta. Conjunctivi exempla ex Herodoto nulla mihi in promptu sunt. Eum tamen non aliud esse posse quam δρέομεν et per se manifestum est et tertia persona docet 9, 66: δκως ἀν αὐτὸν δρέωτι, ubi ex uno codice Sancroftiano δρῶτι annotavit Gaisfordus. Rursus indicativi persona tertia δρέουσι est, quæ terminatio apud Herodotum ubique fere in ἔωσι vel in vulgarem formam ὢσι ab librariis est depravata. Sic ἐπορέωτι vel ἐπορῶτι 1, 124, ubi ἐπορέουσι restituit Schæferus. Τιμέωτι 2, 50; τιμῶτι 1, 134 bis; φοιτῶτι 2, 22; φοιτέουσι vel φοιτῶτι 3, 69. Utrobique φοιτέωτι unus codex Schellersh., quemadmodum idem 2, 60 συμφoi-

τέωτι cum aliis, pro quo quattuor libri συμφoi-
τῶσι: sed φοιτέουσι omnes 2, 66. Alio modo
peccatum 4, 191, ubi librarii formam epicam
κομόωσι intulerunt, quod in duobus libris opti-
mis κομόωσι scriptum ego in κομέονται mutavi
(quod in libris, excepto uno qui κομόωσι, omni-
bus est 1, 36, et in plerisque 4, 180, uno tantum
κομέωσι unoque κομόωσι præbente), pariterque
participii κομόωσαι 4, 168, rectam restitui for-
mam κομέονται. Neque enim vereor ne quis κο-
μόωσι imperfecti forma ἡγορόωντο 6, 11 defendi
posse opinetur (quod verbum epicæ linguae pro-
prium ab Homero Il. Δ, 1 sumpsit Herodotus,
ut alia nonnulla, de quibus v. indicem alphabeticum s. v. Α. aut Arianeis κομόωντας κομάοντες
ὑπόσωντες (Hist. Ind. p. 350, 351) et si qua re-
periuntur similia in scriptis Ionicis recentioribus,
quæ nunc non quæram utrum scriptoribus an
librariis sint imputanda.

Participii formæ Ionicæ sunt δρέων δρέουσι
δρέον et numero plurali δρέοντες δρέουσαι δρέόντα,
in libris modo recte scriptæ modo cum vulgaribus commutatae. Neque in eo non peccarunt
librarii quod passim εω pro εον scripserunt, ut
δρέωτι pro δρέουσι 1, 99; φοιτέωσι pro φοιτέουσι
3, 119, in cod. Schellersh. ex conjectura librarii,
qui plurima temere novavit, aut pro εο, ut
φοιτέωντες in eodem codice 4, 172; δρέοντες pro
δρέοντες 3, 159; 5, 75, et alibi non raro, τιμέωντες
5, 67. Literis εο in εο contractis, quod rarum est
in hoc genere verborum, εἰρωτῶντας legitur 3, 62, ubi codex Sancroftianus εἰρωτῶντας, unde
εἰρωτέοντας conjici posset, nisi vulgata scriptura
imperfecti εἰρώτευν exemplis satis firmata esset.

Imperfecti persona prima singularis et tertia pluralis est ὥρεον, prima pluralis ὥρεομεν: quæ
formæ toties servatæ sunt in libris, ut non vi-
deatur operæ pretium librariorum aliis in locis
peccata perstringere. Terminatio in εον apud
Herodotum interdum in εων contracta reperiuntur
in verbo εἰρώτευν ejusque compositis, velut 1,
158; 3, 140; 9, 89 et 93, ut aliis in locis, ubi
librarii ἐπειρώτων formam ex Ionicæ et Attica
dialecto mixtam posuerunt, dubitari possit utrum
ἐπειρώτευν an ἐπειρώτευν sit scribendum.

Optativi forma, quantum ex paucis modi
hujus exemplis colligi potest, eadem est quæ apud
Atticos. Sic ἐνορέω 1, 89; νικήων 9, 69, 100.

Passivi præsentis et medii formæ Ionicæ sunt
indicativi δρέομαι δρέομεθ δρέονται, conjunctivi
δρέωμαι δρέομεθ δρέονται, imperfecti ὥρεομην
ὥρεομεθ δρέοντο, quæ ipsæ quoque non raro
librariorum obscuratæ sunt erroribus, mode
vulgaris dialecti formæ inferentium modo lite-

ras ο et ω permutantium. Sic κοιμῶνται et κοιμέονται est in libris 2, 95; 4, 172, codicis vero Schellershemiani librarius, ut solet in hoc formarum genere ubique ω inferre, utrobique κοιμέονται, quemadmodum ἀρέωμα scripsit 3, 65 extr., ubi alii omnes ἀρέομαι. Conjunctionis διαιτώμεθα et πειρώμεθα in libris omnibus 4, 114 et 8, 100, pro διαιτεώμεθα et πειρώμεθα. Imperfectum ἐμηχανόντο ἐμηχανέσθαι est in libris 7, 172 et alibi non raro, δρμέσθαι pro δρμέοντο 7, 88; ἡρῶνται in omnibus 8, 94, quod ἡρέονται scribendum erat, ut καταρέονται editum 2, 39, ubi καταρῶνται codex Sancroft., καταρέονται Schellersh., quod idem præbet 4, 184, ubi ceteri καταρῶνται. Formæ ex eo contractæ exemplum est ἀνιεῦνται 7, 236, ut διαιτεῦνται apud Hippocratem vol. 2, p. 68 et 72 ed. Littr.

Participiū præsentis triplex in codicibus Herodoti terminatio reperitur, ὧμενος εἴμενος et, quæ multo rarer est, εόμενος. Earum primam, quæ est dialecti communis, alienam esse patet ab usu Herodoti, exceptis de quibus supra diximus verbis iis quibus formationem Ionicam omnino non adhibuit; quibus fortasse addenda βιώμενος et ίώμενος, si quid codicum et Herodoti et aliorum scriptorum Ionicorum in forma vulgari consensui constanti tribuendum. Quæseritur igitur an ceterorum verborum participia (velut αἰτώμενος ἐπαιτώμενος καταιτώμενος ἀλώμενος ἄμιλλώμενος διαιτώμενος εἰρωτώμενος κοιμώμενος συγκοιμώμενος κτώμενος λωβώμενος μηχανώμενος μνώμενος δρμώμενος ἔξορμώμενος πειρώμενος ἀποπειρώμενος πλανύμενος σταθμώμενος τιμώμενος φυσώμενος) in εώμενος an in εόμενος sint terminanda. De quo ego ita sentio ut, licet vocalis longa, quam utcunque defendit Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 500, multo quam brevis majorem a codicibus commendationem habeat, tamen brevem reliquarum hujus conjugationis formarum, de quibus supra est expositum, analogiæ solam convenire putem. De quo omnis dubitatio sublata foret, si certum haberet posset Herodotum 8, 130, scripsisse quod in libris omnibus legitur σταθμέμενοι idque ab σταθμάσθαι derivari voluisse. Hoc enim quum non possit ex σταθμεύμενoi contractum haberet, manifestum genuinæ participiū terminationis εόμενος documentum præberet. Verum quum alio in loco (2, 150) in libris plerisque σταθμεύμενoi, in aliis σταθμάσθαι scriptum sit, et σταθμεύμενoi pro σταθμώμενoi dictum esse possit, de qua forma verbi v. § 21 s. v. Σταθμοῦσθαι, nihil illi σταθμεύμενoi tribuendum esse patet.

Imperativi præsentis ut activi, ita passivi conjugatio Ionica eadem est quæ Attica, ex-

cepto χρέο vel χρέω, de quo dicetur in indice alphabetico s. v. Χρᾶσθαι. In aliis omnibus vulgari forma usus est Herodotus, qui non solum λω et βιῶ dixit 3, 53; 9, 111, sed etiam μηχανῶ 3, 85; πειρῶ 8, 57, 143. Neque imperfecti personam secundam in εῳ solvit, sed contractam servavit formam, velut ἐμηχανῶ 8, 106.

Optativi persona tertia pluralis forma Attica est ὄντο. Iones vero ut in verbis barytonis terminationem οντο et αιντο in οιστο et αιαιτο mutarunt, ita contractorum ex αω optativum in ώστο terminarunt. Sic πειρώστο apud Herodotum 4, 139; 6, 138, et ex emendatione Schweighæuseri 1, 68, ubi libri ἐπειρώστο, et ἀνιώστο 4, 130. Ex quo manifestum est vitiose μηχανάσθαι in libris scriptum esse 6, 46, quod in μηχανώστο mutandum. Nam forma soluta si usus esset Herodotus, quum μηχανάσθαι dici non potuerit, saltem μηχανάσθαι scribere debuisse, quemadmodum λυπεούστο dixit. Illud vero quod nunc legitur μηχανάσθαι optativus foret non verbi contracti μηχανῶματι, sed barytoni μηχάνοματι, quod nullum unquam fuit. Attica autem diphthongo ω usum esse Herodotum etiam singularis persona tertia docet, cuius exempla plura sunt, velut κοιμῆστο 3, 68; δπτῶστο 8, 137; πειρῶστο 8, 108; ἐκπειρῶστο 3, 135; σιγῶστο 3, 82. Male ἔκαπατέοιτο apud Lucian. De dea Syr. c. 27.

Aoristorum α longum in η constanter mutant Iones, βιηδῆσαι βιήσασθαι αιτίησασθαι περῆσαι περήσασθαι πειρῆσαι πειρήσασθαι et alia omnia hujusmodi dicentes pro Atticis βιαθῆναι βιάσασθαι αιτίασασθai etc. Eodem modo α longum præsentis et imperfecti et infinitivi præsentis in η mutantur ab Dorisibus δρῆς δρῆτε δρῆν δρῆσθαι dicitibus (v. Ahrens. De dial. Dor. p. 195 seqq.): quum rationem in formis verborum ζῆν κνῆν σμῆν ψῆν διψῆν πεινῆν μαλκῆν χρῆσθαι adsciverunt Attici, de quo post alios dixit Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 504. Iones vero dubitatur an longius progressi vocalium illarum permutationem in omnibus hujus conjugationis verbis admiserint. Ex quo genere sunt ἀνιησθαι ἀριστῆν βοῆν αὐδῆν διαιτῆν δρῆν ἐρωτῆν θυμιῆν ιῆσθαι δρῆν δρῆσθαι πειρῆν πειρήσθαι περῆν περῆσθαι πυρῆν πυρησθαι φοιτῆν φυρῆν φυσῆν, alia, quorum exempla non pauca apud Hippocratem, Aretæum aliquosque leguntur, libris tamen sæpissime vulgares formas præbentibus: de quo amplius quærere a proposito meo alienum est, quum Herodotum nihil hujusmodi dixisse, sed in formis illis omnibus constanter litera α usum esse extra dubitationem positum videatur. Nam quod 4, 75 legitur θυμῆσθαι, ex quo Buttmannus l. c. p.

503 regulam finxit, a in η mutari post vocalem ι, id θυμάται scribendum erat ex duobus optimis codicibus, ut βιάται ἴραται κοιμάται δρμάται ἐπιτεχνάται σμάται διαιτάτο διεπειράτο πειράσθαι μηχανάσθαι δράσθαι et alia plura apud Herodotum scribuntur. Non minus vitiosum est ἐπηδέσιν, quod pro ἐπηδᾶν scriptum est in duobus optimis codicibus 8, 118, et ἐνδιαιτέσθαι pro ἐνδιαιτάσθαι in iisdem ib. c. 41, quæ cum φοίτεις comparari possunt, quod in epistola Thaleti supposita legitur apud Diog. L. 1, 43, δρέι apud Lucianum De dea Syr. c. 29, δρέσθαι De astrolog. c. 21 (ubi libri plerique δράσθαι), ἐσορέης et ἐσορέη De dea Syr. c. 32 (sed δρῆ ib. 31, 32, 48), καθορέης apud Aretæum p. 12, C, προσεδόκεε (pro προσεδόκα) p. 78, A (quod comparandum cum ἡρώτες apud scriptorem Vitæ Hom. c. 23, ubi duo codd. ἡρώτα, recte, nisi quod εἰρότα potius scribendum); μηχανάσθαι p. 75, A, quod μηχανάσθαι, qua forma Epici utuntur, scriptum apud Hippocr. vol. 4, p. 252, ubi μηχανάσθαι ex pluribus codicibus restitui debebat, licet ἀμφιφρόντα ἀμφαράσωτι ἔξερανθη et alia hujusmodi Homeri exemplo dixerint Aretæus aliisque scriptores recentiores.

c) DE VERBIS IN οω.

Verborum in οω Herodotus formis non usus est nisi contractis, ita ut conjugatio Ionica nihil plane differat ab Attica, nisi quod diphthongus ου præsentis et imperfecti quorundam verborum interdum cum ευ, quæ contractio propria est verborum in οω, permutata reperitur. Sic apud Herodotum δικαιεύτι 1, 133; 2, 47; 3, 8; 4, 186 (et apud Lucian. De dea Syr. c. 54); δικαιεῦτος 9, 42; ἐδικαίευν 3, 79; 6, 15, 73, 138; 9, 19 et 26; ἐδικαίει 1; 100; 3, 52 (sed ἐδικαίου omnes 3, 19); δικαιεῦν pro δικαιοῦν in libris deterioribus 6, 82 (sed δικαιοῦν omnes ib. c. 86); ἐδίζευν pro ἐδήζουν in duobus bonæ notæ codicibus 5, 86; ἀνδρευμένω 1, 123; ἀντιεύμεθα 9, 26; ἀντιεύμενοι 7, 139 (sed aliis in locis non paucis constanter per ου); ἐναντιεύμενον 7, 49; ἀξιεύμαι 5, 126; ἀξιεύμεθα 9, 26; ἀξιεύμενος 1, 199; 7, 16; 9, 111; ἀποτιεύμενος 4, 154 et 203; σταθμεύμενοι 8, 30 (de quo supra dicebamus sub b); ἐδικαιεῦτο 3, 29; μισθεῦνται 3, 131 (sed ἐμισθεῦντο omnes 9, 34); οἰκητεῦνται 3, 2; οἰκητεύμενος 4, 148; ἔξομοιεῦνται 3, 24; δροιεύμενος 7, 50 (sed δροιούμενος omnes 1, 123); παρισεύμενος pro παρισούμενος in libris nonnullis 4, 166 et 8, 140; στεφανεῦνται 8, 59. Quibus locis tot obstant legitimæ formæ exempla, ut magnopere dubitari possit an diphthongus ευ in illis ver-

bis omnibus non sit ab Herodoto profecta, sed pravæ debeatur sedulitati librariorum, cui illud quoque imputandum quod μαστιγῶν in libris omnibus nunc legitur 1, 114, forma vitiosa pro μαστιγῶν. Non minus incerta et suspecta sunt quæ apud alias hujus dialecti scriptores reperiuntur verborum in οω in conjugationem in τῷ transeuntium exempla, velut δικαιέουσιν vulgo lectum apud Hippocratem vol. 3, p. 524 et 526, cui δικαιοῦσιν ex decem codicibus restituit Littreus, qui nollem servasset ἀποπληρόσιν vol. 4, p. 192, ubi ἀποπληρόσιν corrigendum, quod in duobus codicibus est adscriptum.

§ 20.

De verbis in οι.

De verbis εἰμὶ εἴμι τίθημι θίστημι et δίδωμι quum in indice alphabeticō dicturi simus, sola hoc loco attingenda nobis sunt verba in οι, quorum Iones ut Attici dupli forma utuntur, altera in οω, cujus exempla non pauca apud Herodotum reperiuntur (velut δλλύεις δεικνύεις δεικνύοντες ἐδείκνυε ἐζεύγνυε ἐπεζεύγνυον), altera in ουι (quam Attici veteres priori prætulerunt), velut ἀποδείκνυι 2, 16 et 18; ἀποδεικνύαι 1, 125; ἐπόμνυι 5, 106. In tertia persona pluralis codices Herodoti inter triplicem fluctuant terminationem, οιοι οὐοι οιαι, velut δεικνύοι δεικνύονται δεικνύαται, quarum etsi nulla per se reprehendenda est, contracta tamen forma in οι, qua Atticos quoque veteres usos esse scimus, ceteris duabus præstare et, si quid exemplorum numero est tribuendum, Herodoto ubique restituenda videtur. De formis passivis in ουται et ουτο, quas Iones in ουται ουτο solvisse videntur, v. § 18 d.

§ 21.

FORMARUM IONICARUM

INDEX ALPHABETICUS.

Ἄδελφος et ἀδελφή insertio e dicuntur αδελφός et ἀδελφή pariterque in derivatis, ut ἀδελφοκτόνος 3, 65. Feminini ἀδελφή genitivus pluralis ἀδελφέων est, male in libris ἀδελφῶν scriptus, quod notavi § 9.

Ἀεθλέειν, ἀεθλεύειν, ἀεθλον, ἀεθλος, πενταεθλος, ἀεθλοφόρος, δέκων: quæ omnia Attici æ in a longum contracto dicunt. Male ἀχοντας in libris Herodoti 4, 120.

Ἀείδειν, non ἀδειν, et ἐπαιδέσιν, καταιδέσιν, pariterque ἐπαιοδή 1, 132, non ἐπωδή. Contra κιθαρῳδός legitur 1, 23, et συνῳδόν 5, 92, p. 267, 39, ut κινῳδόν apud Aretæum p. 115. Quanquam hic κινῳδοι quoque dixit p. 114 et ὠδή p. 75. Ἀείδειν etiam Lucianus De dea Syr. c. 50;

sed ibidem ἄσματα, quod fortasse δέσματα scribendum, ut apud Herodotum 2, 79. Similiter Herodotus δέρειν potius dixisse videtur quam αἴρειν in praesenti certe et imperfecto. Aoristus vero ἤραν et ἀπῆραν est 9, 59; 6, 99.

Aī pro ēl optantis semel dixit Herodotus 1, 27: αὶ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειν ἐπὶ νόον νησώτησι, locos imitatus Homericos, qualis est Od. Y, 236: αὶ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τελέσει Κρονίων. Eadem particulū καὶ ratio est, qua ipsa quoque uno tantum in loco usus est Herodotus 7, 159: οὐ καὶ μέγ' οἰμώξειν δὲ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων, Homeri ante oculos habens versum II. H, 125: οὐ καὶ μέγ' οἰμώξεις γέρων ιππήλατα Πηλεύς: quoque locum Herodoti jam Eustathius comparavit p. 670, 57. Similiter Aretæus versus Homericū particulam orationi sue inseruit p. 27: οὐδὲ δὴ ἀρετὴ διαεῖδεται ἀνδρὸς ἡτροῦ, et versum integrum p. 102 et 110.

Aīz̄ non est dubium quin constanter dixerit Herodotus, etsi librarii non raro ad Atticam formam δέλ aberrarunt: quemadmodum κατεῖν et κλαίειν, non κάτειν et κλάειν dixit. Exemptum vero ab lege illa δέντος adjectivum est (1, 93 et 1, 145), quod quum ne Epici quidem per diphthongum dixerint, nemo erit qui αἰτίας scribervelit apud Herodotum, cui δέντος potius, quod loco altero duo præbent libri optimi, utrobique est restituendum, pariterque Aretæo p. 54, ubi δέννανον. Rectius fortasse diphthongus Ἀειμήστου nomini adhiberetur, quod apud Herodotum 9, 64 et 72 vulgo legitur, nisi hoc ex aliis libris Ἀρίμνηστος potius scribendum esset, de quo viderenda Wesselungii annotatio.

Αἴρειν ejusque composita. Præteritum hujus verbi, quod ἤρηκα et ἤρημαι apud Atticos est, apud Herodotum ex more Ionum est ἀραιρηκα et ἀραιρημαι, in quo exprimendo passim peccarunt librarii, velut 4, 66, ubi libri ἀνατηρότες excepto uno, qui ἀπαιρηκότες, unde recte correttum ἀνατηρηκότες, et 3, 65, 126, ubi ὑπατηρημένος et ἀπατηρημένος in πατηρημένος corrupta sunt in pluribus codicibus.

Ἄτεσω, non ἄσσω. Sic προεξαίσσοντες 9, 62. Male vero δῆκε 4, 134, quod δῆτε scribendum erat.

Ἄχινάχης. Hujus vocabuli Ionicam formam ὀχινάχης commentus est grammaticus in Etym. M. p. 48, 31: ἀχινάχης Ἡρόδοτος δὲ διὰ τοῦ ω ὀχινάχης φροντὶ εἰκός ἔστι κατὰ τροπὴν τοῦ α εἰς ω, ὡς ἀκή δικός καὶ ὡκύς η παρὰ τὸ ὡκός καὶ τὴν ἀκήν γίνεται ὀχινάχης. Similiter Suidas. Ὁχινάχης οὐδὲ ἀλλας Ἀττικὸν, ἀλλὰ Ἡρόδοτος οὐτω λέγει τὸν ὀχινάχην. Contra quos Wesselungius ad 7, 54 recte monuit et non posse in ω mutari nisi cra-

sis accedat cum articulo δ ἀχινάχης ὀχινάχης, cui quum locus non sit p. 200, 52, quo uno loco nominativus legitur apud Herodotum, nihil aliud relinquitur quam ut scriptura codicis aliquis vitiosa deceptus sit grammaticus. Nam quod Wesselungius conjectit p. 201, 1, ubi nunc τῷ ἀχινάχῃ legitur, τῷχινάχῃ scriptum fuisse, nihil probabilius esse puto quam si quis ibidem paullo post τοῦ ἀχινάχεος in τῷχινάχεος mutaret, quod τῷχινάχεος potius dicturus erat Herodotus, quemadmodum τάνθρώπου et τάληθίος dixit. Illud vero, quod ipsum quoque Wesselungius proposuit, ut p. 336, 23, Περσικὸν ἔφος, τὸ (rectius alii libri τὸν) ἀχινάχεα καλεῦσι, τῷχινάχην scriberetur, fieri plane non potest. Neque enim τό, quod illic pronomen est relativum, crasis pati potest, quae propria est articuli τό. Ad declinationem quod attinet, duplex exstitit forma, altera primæ declinationis ἀχινάχης ἀχινάχου ἀχινάχη ἀχινάχην, qua Plato, Xenophon aliisque usi sunt, altera tertiae declinationis, quae constanter restituenda Herodoto, ἀχινάχεος p. 201, 9; ἀχινάχῃ p. 201, 1; 417, 37; ἀχινάχεα p. 170, 51; 203, 2; 336, 23; 459, 23; ἀχινάχεας p. 174, 27; 339, 11; 451, 20: quibus in locis libri partim primæ declinationis formas præbent ἀχινάχη ἀχινάχη ἀχινάχας, consentiunt vero omnes in genitivo ἀχινάχεος.

Ἀμφισβατή, Ἀμφισβατέω. V. Διπλήσιος.

Ἄνα. Præpositionem δύα ante literas β et π in ἀμ more poetarum mutat in compositis ἀμπαύθαις ἀμπαυθήριος ἀμδῶσαι et, qua forma vulgaris quoque dialecti scriptores uti solent, ἀμπωτίς, servat vero in aliis, ut ἀναβάλλειν ἀνάβασις ἀναβιθάζειν ἀναβλαστάνειν ἀναπείρειν ἀναπιμπλάναι etc. Quanquam suspicio est plura in his esse in quibus formam præpositionis monosyllabam obliterarint librarii.

Ἄνδανειν. Aoristus hujus verbi constanter est ἔσδον, imperfectum vero duobus in locis (7, 172; 8, 29) ἥνδανε, duobus aliis (9, 5 et 19) ἔάνδανε scriptum, quæ librariorum, non Herodoti inconstantia est, qui ubique aut ἥνδανε scripsit, quod Buttmannus Gramm. vol. 2, p. 114 ed. Lob. probabat propter similitudinem quæ ipsis videbatur imperfecti Ionicī δρῶν, aut, quod mihi verisimilius videtur, ἔάνδανε.

Ἄρρωδειν, καταρρωδεῖν et ἀρρωδίη, pro δρρωδῖν, κατορρωδεῖν et δρρωδίς constans est apud Herodotum. Apud Hippocratem, Aretæum et Lucianum hæc per o scribuntur.

Ἄύτις et Αύτιγανής dixit Herodotus, non αὔδις; et αὐθιγενής forma Attica, ad ouam ssepius aberrarunt librarii

Αὐτῶδης pro αὐθάδης dixisse Iones testatur Apollonius Dysc. De pronom. p. 354, C. Apud Herodotum 6, 92, αὐθαδέστερον.

Βορέης. Trium hujus nominis casuum exempla Herodotea Βορέης Βορέων Βορέην ab librariis non raro in Βορῆς Βορέω Βορῆν sunt mutata contra dialecti normam, quam ego constanter sum secutus. De genitivo dictum § 9.

Bucōs quod Ionibus tribuit scholiasta Aristoph. Ran. 138, dixit Herodotus 2, 96; 3, 23, nusquam βυθός.

Βωθέειν. Vide § 4.

Γίνομαι et Γιγάνσκω, quibus formis veteres quoque Epici usi sunt, constanter dixisse Herodotum extra dubitationem positum videtur, quanquam librarii Atticas formas γίνομαι et γιγάνσκω passim intulerunt. Explicatus hanc questionem tractavi in Thesauro vol. 2, p. 621. Compositi ἀναγνώσκειν, ubi persuadendi significationem ex usu Ionicō habet, aoristus Atticī non usitatus ἀνέγνωσα est, quo sacerius usus est Herodotus, velut 1, 68; 1, 87; 3, 61.

Γόνι in casibus trisyllabis per diphthongum scribitur, velut γούνατος 2, 80; γούνατα 2, 80; γουνάτων 9, 76; γούνασι 4, 152. Eadem haud dubie nominis δόρο δούρατος declinatio est, velut δούρατα 1, 79, licet in codicibus plerumque per o scriptum sit, ut p. 242, 4; 332, 47; 343, 8; 354, 28; 377, 37; 381, 3; 446, 12. Compositum δοριάλωτος legitur 8, 74; 9, 4.

Gān. V. Ων.

Δεικνύναι. Aoristum, futurum et præteritum exempto 1 ab Ionibus dici annotavit Greg. Cor. p. 432. Cujus formæ tot sunt apud Herodotum exempla quum de verbo simplici δέξαι et δέξειν tum de compositis (ἀναδέξαι ἀναδεχθῆναι ἀποδέξαι ἀπεδέδεκτο ἀπεδέχθη διαδέξαι ἐπιδέξαι καταδέξαι προδέξαι ὑποδέξαι) et substantivis ab aoristo derivatis (ἀπόδεξις ἐπιδέξις), ut vix dignum memoratu sit codices uno alteroque in loco in scripturam per diphthongum consentire (velut 4, 79; 6, 61; 8, 137; 9, 82), manifesto errore librariorum, quem pridem notavit Koenius in annot. ad Gregorium.

Δέχεσθαι pro δέχεσθαι in verbo simplici et compositis constanter scriptum apud Herodotum. Nulla hujus formæ exempla extare videntur in codicibus Hippocratis, nec frequentia in aliorum scriptis reperiuntur, velut δέχεσθαι apud Arrian. Hist. Ind. p. 342 extr. ed. Gron. et ἔποδέκουσαι p. 335, et constanter in Luciani libellis Ionicis.

Δένδρον. De tribus hujus nominis formis, δένδρον δένδρεον δένδρος, prima, quæ usitata Atticis est, nusquam usus esse videtur Herodotus, qui Homeri sequi exemplum maluit ubique δένδρεον dicentis. Tertiæ formæ unum est exemplum idque ne satis certum quidem 6, 76, ubi nunc ex duobus codicibus legitur ἀναδέξαι ἐπὶ δένδρος, pro quo plerique δένδρου, unus δένδρον unde δένδρεον scriendum, quemadmodum in eadem locutione 4, 22 legitur sine ullo librorum dissensu. Alia dativi δένδρεσι ratio est 2, 138, qua forma Attici quoque scriptores utuntur, licet nominativo δένδρος abstineant: v. L. Dindorf. in Thesauro vol. 2, p. 991.

Διξός et Τριξός ab Ionibus pro δισσός et τρισσός dicitur. Utriusque adjectivi plura apud Herodotum exempla sunt. Nulla mihi ex aliis scriptoribus in promptu sunt harum formarum exempla. Vitiosum est δισσόσιι apud Aretæum p. 7, quod δισσοῖσι scribendum.

Διπλήσιος et reliqua hujusmodi adjectiva numeralia (ut πενταπλήσιος 6, 13; ξεπλήσιος 4, 81) et πολλαπλήσιος per η ab Ionibus proferuntur, quod de διπλήσιος annotavit Apollon. Dysc. in Bekkeri Anecd. p. 545, licet formæ Atticæ διπλάσιος et πολλαπλάσιος a breve habeant. Ionicæ mensura Eratosthenes quoque usus est in epigrammate apud Archimed. p. 22 ed. Basil.: εἰ κύθον ἔξ δλίγου διπλήσιον, ὡ γαθὲ, τεύχειν φράζει. Nam sic editionis Basil. scriptura διπλάσιον ex cod. Flor. est correcta. In libris Hippocratis et Aretæi Attica forma regnat librariorum, ut opinor, arbitrio. Contraria ratione in aliis quibusdam vocabulis a breve ab Ionibus positum est pro η Atticorum. V. Greg. Cor. p. 444 seqq. Nam λέλαμψαι pro λέλημψαι, λάξομαι et λάξις (non λάξις, ut apud Greg. Cor. p. 534) pro λήξομαι et λήξις, μεσαμβρίη et urbis nomen Μεσαμβρίη (ap. Herodot. 4, 93; 6, 33; 7, 108) pro μεσημβρίᾳ dixerunt, ἀμφισβητέω in ἀμφισβατίῳ mutarunt, quod annotavit Suidas ei ex libris optimis Herodoto est restitutum 9, 74 et ex Origene (C. Cels. 3, p. 463) 4, 14. Substantivum ἀμφισβατή, quod ipsum quoque librarii in codicibus plerisque in ἀμφισβητή corruerunt, legitur 4, 14; 8, 81.

Διπλός. Masculina hujus adjectivi forma legitur 6, 104, διπλόν θάνατον unde neutrum plurale διπλᾶ, quod legebatur 2, 148; 8, 87, in διπλάσιον mutavi. Femininum διπλῆ in διπλέν soluisse videntur Iones, fortasse ut ab substantivo διπλόν discernerent. Nam χάρις διπλέν consentientibus libris omnibus legitur 3, 42. Quo indicio διπλέν scripti 5, 90 et διπλάς 3, 28, ubi libri διπλῆν et

διπλᾶς librariorum arbitrio, qui manifestum temperatis sue indicium ipsi quamvis insciū reliquerunt 6, 72, ubi quum Herodotus χειρὶ πλέν ἀργυρίου scripsisset, quod felici conjectura restituit Wesselius, illi autem syllabis male divisus hoc pro χειρὶ διπλέῃ accepissent, hic quo que formam contractam invexerunt, χειρὶ διπλῇ, quæ per codices omnes est propagata.

Δόρο. V. Γόνι.

Δύνασθαι. Aoristus, qui apud Atticos veteres ἡδυνάθην est, apud Herodotum, ut apud Homerum, ἐδύνασθην est, qua forma Xenophon quoque et vulgaris dialecti scriptores interdum usi sunt.

Δύο, non δύω, cum Atticis dixit Herodotus, si quid librorum auctoritati est tribuendum, quæ in hac quæstione exigua est, quum veteres o breve et longum scriptura non distinxerint : contra δυώδεκα dixit, ut veteres Epici non raro, et δυσώδεκαπολιες 7, 95, non δώδεκα cum Atticis, neque, ut opinor, δυοκαίδεκα p. 164, 2; 417, 62. Genitivus δυοῖν est cum nomine duali, ut δυοῖν δδοῖν παρευστῶν 1, 11 : cum plurali δυῶν (quam formam Ionibus tribuit Eustath. p. 802, 28, etsi non ab his solis usurpatam esse Tabularum Heraclensis exempla docent) locis pluribus, in quibus librarii partim δυῶν (cum iota subscripto) δυοῖν δυεῖν scripserunt. Dativus cum nomine plurali est δυοῖσι 1, 32; 7, 104, cujus formæ exemplum aliud est apud Aretæum p. 10, 1. Nisi hoc ex δυοῖσι corruptum. Nam δοῖοι χιτῶνες dixit Aretæus p. 61, 17 et δοῖαι δσχιες 64, 57. Alia ejusdem corruptelæ exempla memoravi in Thesauro vol. 2, p. 1717. Denique notandum δύο indeclinabile apud Herodotum cum genitivo plurali 8, 82, cum dativo 7, 149.

Compositum σύνδυο legitur apud Herodotum 4, 66.

*Εἴσκοι et Ἐέργω, formæ epicæ, paucis quibusdain in locis olim lectæ, nunc codicum auctoritate sunt remotæ, qui εἴσκοι et ἔργω præbuerunt.

*Ἐθέλειν centenis locis scriptum servarunt codices : non infrequens tamen etiam θέλειν, quæ forma priori posthabenda apud Herodotum.

Ἐλάρ. Εἰάρος pro ἔλαρος dixit Lucianus De dea Syr. c. 49. Apud Herodotum vero 7, 162, ἔλαρ scribitur, recte an secus non liquet.

Ἐλναι. Hujus verbi conjugatio ab Atticorum consuetudine his formis differt. 1º Εἰμένιν ; 2º ἔτα λας λατα pro ἔν (era) ἔσθα ἔστε. 3º Imperfecti forma frequentativa ἔσχον. 4º Con-

junctivo ἔω (ut παρέω 4, 98), cujus persona tertia pluralis ἔωτι interdum in ὥσι mutata in codicibus, et optativo ἔοι (ἐνέοι 7, 6 et 125), cujus tamen non constans usus est, quum multo frequentius εἶναι reperiatur. Tertia persona pluralis modo εἴησαν est, ut p. 74, 13; 376, 33; 389, 9; 390, 2; 430, 1, modo εἴεν, ut p. 56, 22; 288, 43; 434, 47. 5º Participio ἔων ἔσυστα ἔον pro ὥσσα ὄν, et adverbio ἔόντως pro ὅντος. Imperfecti formas ἔτι vel ἔνειν et ἔην, quæ paucis olim in locis legebantur, ex Epicis temere ab librariis Herodoto esse illatas jam Struvius notavit Quæstion. 1, p. 20. Nec Lucianus ἔνην dixit, sed ἔν : v. § 22 ad p. 737, 46. Eadem aliis formæ ratio, ἔσται, quæ recte legitur in oraculo 1, 66, et frequens est apud Aretæum, male vero in codice uno pro εἰσι illata est Herodoto 1, 125. Neque epicō ἔμεναι usus est Herodotus, quod apud Lucianum legitur De dea Syr. c. 4, 14, 17, 33, 35, et frequentatum ab Aretæo est, qui adeo ἀπελθέμεναι pro ἀπελθεῖν dixit p. 4 extr., θέμεναι pro θεῖναι p. 104 extr. et 130. Non minus alienum ab usu Herodoti est ἔσσεται, quod apud Lucian. legitur De dea Syr. c. 19, 20, 25. De augmento imperfecti ἔσται vel ἔστε supra diximus § 15.

*Ἐνεκα præpositionis duæ tantum in codicibus Herodoti formæ reperiuntur, εἴνεκα et εἴνεχεν, eaque ante consonantes pariter atque vocales. Ego ubique εἴνεχεν scripsi, formarum Ioniarum εἴτεν et ἔπειτε analogia commendatum. Apud Lucianum τοῦνεκα pro τοῦ ἔνεκα, de quo v. § 22 ad p. 742, 54.

Ἐννυσθαι pro ἔννυσθαι dictum ex composito cognitum est ἔπεινυσθαι 4, 64. Nam verbi simplicis nulla apud Herodotum exempla sunt.

Ἐίπα quum simplex tum in verbis compositis, infinitivus εἴπαται et participium εἴπαται toties apud Herodotum leguntur, ut aoristi secundi quæ ferebantur exempla, εἴπον εἴπειν εἴπων, vel invitis libris corriger non dubitaverim. De participio recte præcipit Greg. Cor. p. 481 : τῇ εἴπων οὐ χρῶνται, ἀλλὰ τῇ εἴπαται μετοχῇ ἀστίστου πρώτου, προφέροντες ὡς τύψας. Intactum vero reliqui imperativum εἴπει 3, 35; 5, 111; 7, 47, 103, 234; 8, 68, 1, et ἔπειτε et πρόειπε 1, 155, quum forma εἴπον vel ut alii scribunt εἴπον, cujus omnino rarissimus usus fuit, consulto abstinuisse videatur Herodotus. Aoristi primi formæ mediæ plura apud eum exempla reperiuntur de verbo composito ἀπείπασθαι. Aoristi passivi, qui apud Atticos ἔρρηθην est, forma Ionica εἰπέθην est 4, 77, 156; 7, 184; 8, 119, libris inter hanc scripturam et εἰρήθην ἔρρηθη fluctuantibus

Εἴρεσθαι, cuius verbi aoristo tantum secundo utuntur Attici ἡρόμην et ἔρεσθαι, frequens apud Herodotum et simplex et compositum ἐπείρεσθαι, et ἐπανειρόμενος 1, 91. V. Buttmann. Gramm. vol. 2, p. 179 ed. Lobeck. Bene tamen tenendum nulla usquam apud Herodotum inveniri exempla formarum quae præsentis propriæ sunt, εἰρομαι (quod Homerus dixit Il. A, 553) εἰρεται εἰρονται, sed omnia ita esse comparata ut significationem habere possint aoristi. Futurum εἰρήσομαι est, non ἔρησομαι, pluribus testatum exemplis compositi ἐπειρησόμενος 1, 67, 158; 4, 161; 6, 35, 52, 135; 7, 148. Male igitur ἐπερησόμενους scribitur 1, 174. Nihili est ἐπειρησόμενος quod olim lectum 3, 64 non debebat defendi a Buttmanno. Recte nunc ex aliquot codicibus ἐπειρησόμενος legitur.

Ἐκεῖνος. Hujus pronominis formam Ionicam κεῖνος esse testatur præter alios Apollonius Dysc. De pronom. p. 333. Utraque forma, prout metrum postulat, utuntur poetæ epicæ, lyrici et tragicæ. Apud Herodotum vero tot sunt formæ trisyllabæ exempla ut hoc vocabulum in iis esse censem quorum formam Atticam Ionicæ prætulerit Herodotus. Itaque ubique ἐκεῖνος scripsi pariterque ἐκεῖνως, non κείνως, et ἐκεῖθεν edidi pro κείθεν 1, 122, et κάκτιθεν pro καὶ κείθεν 2, 122, quemadmodum ἐκεῖσε, non κείσε dixit Herodotus. Et ἐκεῖνος constanter apud Lucianum. V. § 22 ad p. 736, 43.

Ἐνεῖκατ. V. Φέρω.

Ἐπεάν constanter apud Herodotum, nusquam ἐπήν, cuius exempla multa sunt apud alios hujus dialecti scriptores. Male ἐπήν libri nonnulli 4, 134. Contra ἣν dixit Herodotus, nusquam ἐάν.

· Ἐπείτε pro ἐπεί usitatissimum Herodoto annotavit Gregor. Cor. p. 412 : Τὸ τε πλεονάζει παρ' αὐτοῖς καὶ παρέλκει. Ἡρόδοτος • ἐπεί τε ἐγένεντο ταῦτα • ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ ἐγένοντο.

· Ἐπείτε pro ἐπείta ab Herodoto dictum esse gravissimum testem habemus Aelianum Dionysium apud Eustath. p. 1158, 38 : Ἀττικὰ μὲν τὸ εἶτα καὶ ἐπείτα τὰ δὲ εἶτε καὶ ἐπείτε Ἰακάδιο καὶ παρ' Ἡροδότῳ κείνται. Particulæ simplicis εἶτε nulla apud Herodotum exempla reperiuntur : compositæ ἐπείτε rara quidem, sed certissima in codicibus vestigia supersunt, ut non dubitaverim Herodoto suam ubique reddere formam, expulso Attico ἐπείτα. Eodem modo μετέπειτε scripsi 1, 25; 7, 7 et 197.

Ἐπίστοις. V. Ἰστιῶν.

Ἐπιτήδεος una cum compositis suis et derivatis exempto dicitur pro ἐπιτήδειος. Quod an-

notavit Gregor. Cor. p. 473. Apud Hippocratem constanter ἐπιτήδεος.

Ἐργειν et composita (ἀπέργειν ἐξέργειν ἐσεργύνει κατέργειν) pro Attico ἐργειν, et ἐρχτῆ pro εἰρκτῇ. Male vulgo κατειργύνει 4, 69, et διείργειν libri præter unum omnes 1, 179; ἀπείργουσα 9, 68. De augmento omissio v. § 15.

Ἐρμῆς. V. § 9.

Ἐρσην Iones dixerunt pro ἄρσην.

Ἐς, non εἰς, quum in præpositione simplici tum in vocabulis cum ea compositis ab Herodoto dictum esse certum haberi potest, licet librarii interdum εἰς intulerint. Eadem adverbii ἐσω ratio est, quod aliquot in locis male εἰσω scriptum erat.

Ἐσσων in codicibus Herodoti fere constanter scribitur pariterque ἐσσοῦν, qua verbi forma Iones pro Attico ἡττᾶν usi sunt. Recte igitur Schæferus adverbium ἡσσον, quod olim quibusdam in locis legebatur, in ἐσσον mutavit. Apud Hippocratem et Aretæum ἡσσων et ἡσσον.

Ἐψειν. Vitiosa imperfecti forma ἐψε legebatur 1, 48, ubi veram restitui ἦψε. Ejusdem generis vitia ab L. Dindorfio notata in Thesauro vol. 3, p. 2603, 2635, sunt ἐψεῖες et ὕψειες, quæ legebantur 1, 118; 8, 26, et ἦψειες in versu Hermesianactis apud Athen. 13, p. 598, A, quod ἦψειον scribendum.

Ἐωθια et plusquamperfectum ἐώθεα pro Atticis εἴωθα et εἴωθει dixit Herodotus.

Ἐωντοῦ et reliqui casus pro ἐωντοῦ pariterque ἐμεωντοῦ et σεωντοῦ pro ἐμαυτοῦ et σεωντοῦ. Originem hujus formæ notum est ab genitivo esse repetendam ἐῳ αὐτοῦ, ἐμέῳ αὐτοῦ, σέῳ αὐτοῦ, in quo crasi Ionica literæ οα in ω contrahuntur. Conf. Apollon. Dysc. De pronom. p. 354, ubi ἐμωντοῦ scriptum.

Ζόη. Legitima hæc est substantivi forma, qua Attici quoque veteres usi sunt, ab librariis non raro in ζώνι mutata, de quo dixi in Thesauro vol. 4, p. 55.

Zóē tot apud Herodotum exemplis est minus ut non dubitari possit quin hac forma sola uti ei placuerit, quod non attendentes librarii uno alteroque loco ad communis dialecti formam aberrarunt ζώσι et ζώντες scribentes, velut 2, 69; 4, 23 et 103, vel ζῆν 5, 6 : τὸ ζῆν ἀπὸ τολέμου, quod ζώει scripserat Herodotus, ut ἀπὸ θήρης ζώοντες dixit 4, 22 et alia similia. Compositum διέζων est 3, 25; ἐπέζωσε 1, 120. Similis verbi forma ιδρώειν est, qua Lucianus utitur De dea Syr. c. 10, 17.

Ἡλίος in libris quibusdam 4, 40, male scri-

ptum pro ἡλιος, qua forma sola utitur Herodotus. Lucianus vero ἡλιος prætulit: de quo dixi § 22 ad p. 741, 52.

¹ Ήώς, gen. ἡώς accus. ἡῶ (quem tamen ἡῶν potius scribendum esse ostendimus § 11) dixit Herodotus, non ἔως. Recte igitur 4, 40, ubi libri omnes τὸ τρόπος τὴν ἔω, ἡῶ restituendum esse Schweighäuserus quamvis dubitanter conjectit. Adjectivum ab hoc nomine derivatum ἡώς scribitur 4, 100 et 160, quod tertio quoque loco 7, 157 restituendum fuit, ubi ἡώς in libris scriptum.

Θεάσθαι. Hujus verbi Herodotus quattuor usus est temporibus, præsenti, imperfecto, aoristo et futuro, quarum formas adscivit Home-ricas. Nam præsens participium apud eum est θηέμενος (a forma θηέματι, quæ cum Dorica θεέματι comparanda est), imperfectum θήηετο θηέντο, aoristus θηηόμην θηέμενος, futurum θηήσει: librarii vero his quoque formis plus uno in loco vulgares substituerunt, θεώμενος pro θηέμενος, θηήσασθαι pro θηήσασθαι, θηήσαι pro θηήσει scribentes. Imperfectum θήηετο, quod in codicibus (1, 10; 4, 85; 7, 56) partim θηήτο scriptum est, dubitari potest an θήηετο potius sit scribendum, quod jam Schæferus restitui voluit.

Vocalem brevem Herodotus servasse creditur in substantiis θέττρον (6, 21) et θεηταί (3, 139), nisi hoc θηηταί scribendum: quam formam satis jam munitam Homericō θηητήρ, annotavit Hesychius, qui θηητής per θεωρός est interpretatus. Et θηητός legitur apud Aretaeum p. 122 extr. Facilius credam Herodotum, qui θέης ἄξιος dixit 1, 25; 9, 25, adjectivum ἄξιοθήητος, cuius multa apud eum exempla reperiuntur, sic maluisse pronunciare quam ἄξιοθηήτος.

Θρασυδήηος. V. Μήνων.

Θώμα, Θωμάζω (et Ἀποθωμάζω), Θωμάσιος, Θωμαστός pro θωμά, θωμάζω etc., utrum dixerit Herodotus an diphthongo Ionica usus θωμά vel θώμα scripscerit a multis est dubitatum. Nam codices eti hoc nomen ejusque derivata plenrumque per ω scripta exhibent, tamen etiam alterius scripturæ satis frequentia sunt exempla. Mihi antiquam Ionicæ dialecti formam θώμα esse videri in Thesauro significavi vol. 4, p. 258, eamque præter Hesychium annotarunt grammatici in append. ad Gregor. Cor. p. 654, 668, 998. Alteram formam, servatis adeo punctis diæreticis, θώμα, defendere studuit Struvius in Quæstionum de dialecto Herodoti specimine tertio, gravissimam vocans Gregorii Corinthii

(p. 419) et Eustathii (p. 482, 39; 563, 21) auctoritatem, quam levissimam esse multorum pri-dem cognitum est et pudendorum, quos novitii isti magistri commiserunt, errorum exemplis. Itaque his auctoribus nihil aliud efficitur, quam scripturæ per ω exempla in codicibus illorum temporum exstisset. Idem tamen Struvius τρῶμα probat, rejicit τρώμα, cujus non minus frequen-tia quam de θώμα ejusque derivatis exempla nos esse habituros credibile est, si æque fit equens illius usus esset.

¹ Ιδμεν pro Attico ίσμεν constanter ab Herodo dictum, et sæpiissime quidem in formula τῶν ἡμεῖς ίδμεν: raro in uno alteroque libro in ίσμεν mutatum, ut 2, 12: τὴν δὲ Λιβύην ίδμεν ἐρυθρόπερην γῆν, ubi duo codd. ίσμεν. Suspectum est οἰδαμεν, quod legitur 2, 17; 7, 214, et συνοιδαμεν 9, 60. Numeri singularis persona secunda οἴδας est 3, 72, et tertia pluralis οἴδασι 2, 43. Quæ Attici οἴδα et ίσασι potius dicere solent.

¹ Ίεναι. Hujus verbi conjugatio ab Attica non differt nisi eo quod Herodotus ήτα ήτε ήσαν (et in compositis ἀπτίσαν προήσαν) dixit pro Atticis ήτα ήτε ήσαν.

¹ Ίεναι. Hujus verbi formæ ab Atticorum usu discrepantes hæ sunt: 1^o ήτι pro ήσαι, ut ex compositorum exemplis cognoscitur ἀπίει 2, 113; 3, 109; 4, 28, 125 (ubi vulgatum ἀπίει ex duobus codicibus correctum), 152; ἀπίει 4, 157; 5, 107; 6, 62 (ubi var. lect. ἀπίησαι); ἔξιει 1, 6, 180; 2, 17; 6, 20; 7, 124; κατίει, 5, 16. Huic formæ accurate respondet conjunctivi forma ἀπτή, in qua libri omnes consentire videntur 4, 190. Ex quo sequi videtur tertiam personam pluralis ἀπιέσαι vulgo scriptam 7, 226, in ἀπιέσαι esse mutandam duorum optimorum codicum auctoritate, in quibus ἀφίσαι scriptum; 2^o ήτισι pro Attico ίσται. Sic ἀπιέσαι 2, 36; ἀπιέσαι 1, 194 (ubi var. lect. ἀπιέσαι) et 4, 69: unde correxi ἀπιέσαι, quod legebatur 2, 41; ἔξιει 2, 87; ἔσιει 7, 109. (Vulgaris forma ἐνιᾶσι et ἀπιέσαι apud Lucianum De dea Syr. c. 49, 58, 60.) 3^o μεμετιμένος (i. e. μεθειμένος) 5, 108; 6, 1; 7, 229. Sed ἀνειμένος 2, 167; 7, 103; 4^o ἀνέωνται (i. q. ἀνεῖνται) ex codice uno restitutum 2, 165, ubi vulgo ἀνένται. Id Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 541; cum præteriti forma activa ἀφέωνται comparavit, memorata a grammatico in Bekk. Anecd. p. 470, unde passivum ἀφέωνται, quod Suidas ex Evang. Matthæi 9, 2 attulit, sed ab antiquioribus scrip-toribus usurpatum esse excerpta ex Herodiano in Etym. M. p. 176, 50, proposita arguunt. — Participii ἀπιέμενος forma vitiosa ἀπιεύμενος ex

aliquot codicibus male a quibusdam illata 3, 109. In recta scriptura libri consentiunt 7, 122.

'Ιθύς pro communi εὐθύς dixit eademque forma in derivatis et compositis, ut ιθύνειν et ιθυμαχήν, usus est. Male igitur codices optimi εὐθύνων 8, 38, ubi recte vulgo ιθύ.

'Ιχελος, quod adjectivum ex poesi epica in prosam Ionom transiit, et προσίκελος in codicibus alii sic, aliis εἰκέλος et προσίκελος scribuntur. Poetæ epici utraque forma usi sunt, εἰκέλος scribentes ubi syllaba longa, ἵκελος ubi brevi opus esset. Ego apud Herodotum ἵκελος et προσίκελος prætuli. Vide 3, 81; 8, 8; 2, 12; 3, 110; 4, 61, 177.

'Ιρός cum derivatis et compositis omnibus (ut ιράσθαι ορεια ιρήιον ιρηῆι ιρουργήι ιροφάντης ιρωσύνη χαλλιρέειν) extracta quam communis forma ιερός habet litera ε et i productio ab Ionibus dicitur: v. Gregor. Cor. p. 475. Et rectam scripturam plerumque servarunt librarii, excepto verbo χαλλιρέειν, quod fere constanter χαλλιρέειν scripserunt, velut 6, 76; 7, 113, 134; 9, 38, 96. Ceterum formæ Ionicæ ιρός aliquis etiam apud poetas scenicos Atticorum usus fuit, cuius exempla pleraque librariorum oblitteravit imperitia: de quo dixi in Thesauro vol. 4, p. 544.

'Ιστάναι. Hujus verbi formæ ab Atticorum usu his modis discrepant. 1º Præsentis indicativi et imperfecti personam tertiam singularis ab forma ιστάω sumpsit Herodotus: nam ιστᾶ dixit 4, 103, et imperfectum ιστά 2, 106; 6, 61; χατίστα 6, 43. Ex quo sequitur ὑπίστησι et ἐνίστη, quæ in libris leguntur 2, 102, et 5, 16, in ὑπίστῃ et ἐνίστῃ mutanda fuisse, quemadmodum ἐνεπίμπρο, cujus verbi ratio est eadem, 1, 17, in ἐνεπίμπρα mutandum. Alias præsentis formas ab ιστῆμι duxit, ιστᾶσι ἀπιστᾶσι ἐπιστᾶσι, ιστάναι χατιστάναι, ἀπιστάς, et imperfectum ιστασαν ιστάντο. Infinitivi forma epica ἀπιστάμεναι libris pluribus illata 1, 76, pro ἀπιστάναι apud Herodotum non magis ferenda quam ἐστάμεναι in codicibus plerisque 1, 17, ubi ἐστάναι recte codex Mediceus et Suidas s. v. Γύγης.

2º Perfecti pluralis personæ secundæ forma vitiosa προεστᾶτε vulgo lecta 5, 49, et frustra defensa a Buttmanno Gramm. vol. 2, p. 29, veræ cessit codicum optimorum scripturæ προεστᾶτε. Recte vero habet persona tertia χατεστᾶσι 1, 176, 200; 2, 70, 84. Male igitur ἐστᾶσι scribitur 1, 4; 8, 122; ἀπεστᾶσι 1, 155; διεστᾶσι 8, 98; et ἐνεστᾶσι 1, 179. Contrario vitio ἀνιστᾶσι pro ἀνιστᾶσι 5, 71.

Participium est ἐστεώς multis comprobatum exemplis verbi simplicis et compositorum ἀπε-

στεώς ἐνεστεώς ἐπεστεώς χατεστεώς συνεστεώς et συνεστεώσῃς 1, 74, ita ut nemo facile sibi persuasurus sit Herodotum uno loco (8, 79) συνεστηκότων, uno (7, 142) συνεστηκίαι scripsisse: quæ in συνεστεώτων et συνεστεώσαι sunt mutanda, pariterque corrigenda χατεστηκότων 6, 140; ἐστηκίαι 2, 126; ἀνεστηκίαι 5, 29.

'Ιστᾶν pro ἐστᾶν, ιστή pro ἐστία, ιστητόριον pro ἐστιατόριον, ἐπίστοις pro ἐφέστοις dixit Herodotus: in quibus formis exprimendis paucis tantum in locis lapsi sunt librarii, velut 2, 100; 5, 20; 6, 86; 4, 7, 135. Ionicam formam, quæ communis huic dialecto cum Dorica est, testantur Etym. M. p. 382, 41, et Eust. p. 280, 17.

Καλλιρέειν. V. Ιρός.

Κέεσθαι. Diphthongum ει verbi κεισθαι et compositorum in εε solvit Herodotus quattuor in formis, κέεται ἐκέτο κεέσθαι κέεσθαι, quibus diphthongum særissime intulerunt librarii. Κεῖνται in κέαται solvitur, κέειντο in ἐκέάτο. Formis solutis etiam ceteri scriptores Ionicæ usi sunt, quanquam in horum quoque codicibus magna fuit librariorum inconstantia. Κέαται quod pro κέεται aliquoties apud Lucianum legitur et Aretæum p. 107, scribarum est peccatum, quod non debebat scriptoribus ipsis imputari a Buttmanno Gramm. vol. 1, p. 566. Non minus vitiosæ sunt formæ ξυγκέονται apud Aretæum p. 20, συγκέενται p. 55, et quod plane absurdum est ἐπικέηνται p. 85. Neque ἔγκεδονος non suspectum est, quod legitur p. 91 extr. et 124 bis. Nam apud Herodotum certe aliosque diphthongus in participio servatur non mutata. Mira secundæ personæ forma est πρόσκεαι (pro πρόσκεισαι) in epistola Thaletis apud Diog. L. 1, 44, quæ comparari potest cum χατάκεται in hymno Hom. in Merc. 254.

Κεινός pro κενός, non κενεός, quod male in libris quibusdam scriptum 8, 28; unde κεκεινωμένα correxi 4, 123, pro vulgato κεκενωμένα.

Κείνος. V. Έκείνος.

Κῆ, κοῦ, κοῦς, κῶς, κοῖος, κόσος et reliqua hujus stirpis v. § 1.

Κλεηδὼν, formam Homericam, librarii Herodoto intulerunt 5, 72, ubi scribendum fuit κληδόνι, in qua forma libri consentiunt 9, 91 et 101.

Κλητεῖν forma Ionicæ soluta pro κλείειν vel quod Attici veteres dixerunt κλήσιν frequens apud Herodotum in compositis ἀποκλήσιν ἔγκλησιν ἐκκλησίαιν παρακλησίαιν περικλησίαιν συγκατακλησίαιν συγκλησίαιν (συγκελητίμενη 7, 129), ubi libri multi συγκελητίμενη male, quemadmodum ἐκκληζόμενοι scriptum erat in veteribus

editionibus 1, 31, ubi nunc ἔκκλησίμενοι e libris optimis legitur). Plusquamperfectum passivi ἀποκεκλέατο (alii ἀποκεκλέατο) legitur 9, 50, quod ἀποκεκλήστο scribendum. Nam κεκλέατο non hujus verbi, sed verbi καλέσι plusquamperfectum est. Sic κεκλέαται pro κέκληται 2, 164. Substantivi κλήσις pro κλέσις vel κλήσις unum apud Herodotum exemplum est 5, 108, ubi Κλῆσις τῆς Κύπρου promontorii nomen memoratur.

Κρέσσων et Μέζων Iones pro χρείσσων et μείζων dixerunt.

Δαγχάνειν. Futurum hujus verbi apud Atticos λήξομαι est, apud Iones λάξομαι, α brevi. Id apud Herodotum semel legitur 7, 144. Idem substantivo λάξις, quod λῆξις Attici dicunt, bis usus est 4, 21. Pravo accentu λάξιν apud Gregor. Cor. p. 534.

Δαμβάνειν. Quattuor sunt hujus verbi tempora, quorum formae ab Atticis differunt. Nam perfectum activi non εἰληφα est, sed λελάθηκα (cum plusquamperfecto λελαθήκεα), qua forma Eupolin quoque alicubi usum esse annotavit grammaticus in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 268; perfectum passivi λέλαμψαι (α brevi), quod Attici plerumque εἰλημψατ, rarius λέλημψαι dixerunt. Sic præter alios Sophocles memoratus a grammatico Crameri l. c., qui addit τὸ τρίτον λέληπται, τὸ πληθυντικὸν Ἰαχῶς λελήφαται: ex quibus verbis non potest colligi λελήφαται apud scriptores Ionicos lectum esse. Aoristus primus passivi est ἐλάμφθην et futurum medium λάμψομαι. Adjectivum verbale, quod Atticis ληπτέος est, Iones λαμπτέος formarunt. Sic καταλαμπτέος 3, 127. Et φοιδόλαμπτος pro φοιδόληπτος 4, 13.

Δηός. Tres hujus nominis formae in codicibus Herodoti reperiuntur, λαός λεώς ληός: vid. var. lect. ad 1, 22; 2, 124, 129; 4, 148; 5, 42; 8, 136. Quarum una vera habenda est ληός, comparanda cum νηός pro ναός ab Ionibus dicto, quam libri optimi servarunt 5, 42; et ipsum illud λεώς commendat, quod aliis in locis posuerunt librarii male interpretati veterum scripturam codicum ΛΕΟΣ. Accedunt ad haec grammaticorum non contempnenda testimonia, Herodiani in Epitome Arcadii p. 36, 24, λαός καὶ ληός ponentis, Hesychii Ληόν per έθνη καὶ δχλον interpretantis, et grammatici in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 267, 7: τὸ λαός διτρεπτον ἴμεινε παρ' Ομήρῳ, καίτοι τῇ μεταγενεστέρᾳ Ἰάδι (id est scriptoribus Ionicis post Homerum) τραπέν « Ληόν διθρήσας » Ἰπποναξ. Diversas in nominibus propriis cum

λαός compositis rationes secutus est Herodotus. Nam Λαοδάμαντος et Λαοδίκης nominum formas Epicorum usu sancitas et Λεωπρέπεος Simonidis carminibus celebrati servavit non mutatas, nec Λασφάνους nomen (6, 127), cuius aliud exemplum est in inscr. Acarnaniae apud Boeckh. vol. 2, n. 1794, a, b, alia forma induere voluit. Contra Λασφάταν, nomen Spartanum, quod mutata tantum terminatione Λασφάτην dixit Xenophon Hell. 1, 2, 18, in Λεωβότην mutavit, de quo diserte monuit Pausan. 3, 2, 3, non Λησφάτην, qua forma utitur auctor inscriptionis apud Boeckh. vol. 2, n. 2268, eodemque modo Λεωκήδης scripsit 6, 127; Λεωφόρος 1, 187; Λεωσφέτερος 9, 33. Λεωτυχίδην vēro, Spartanorum regem, Λευτυχίδης dixit, mira nominis forma, quae non ex Λεωτυχίδεα, sed ex Λεοτυχίδεα contracta esse potest. Nominum in λαός ekeuntium forma Attica usus est in λεως. Sic Μενέλαος 2, 113, 116, 118, 119 (cum adjetivo Μενελάος λιμήν 4, 169), Ἀρκεσίλεως 4, 159-165 (plural. Ἀρκεσίλεως τέσσερας 163), Ἀρχέλεως 7, 204 (sed Ἀρχέλαιοι tribus Sicyoniæ nomen 5, 68), Ηγησίλεως 7, 204, Χαρίλεως 3, 145.

Λούειν. In hujus verbi formatione cum Atticis consentire videtur Herodotus. Nam λοῦνται legitur 1, 198 (ubi et duo optimæ notæ libri λούονται); 4, 75; λοῦσθαι 3, 124; ξλοῦτο 3, 125; ex quo sequitur λουόμενοι, quod legitur in libris 3, 23, in λούμενοι esse mutandum.

Μαζός an μαστός dixerit Herodotus dubitatur. Prioris formæ tria reperiuntur exempla (2 85; 4, 202; 9, 112), quorum in duobus posterioribus libri plures alteram præbent formam μαστός, in qua omnes consentiunt 3, 133; 5, 18. Hæc igitur constanter restituenda videtur, non μαζός, quod librarii ex Homero ut alia multa invexerunt Ionicī usus ignari, cuius testem habemus grammaticum in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 443, 18: σεσημείωται τὸ μαζός, δτι μονογενὲς δν δύνεται μήποτε οὐν ἀναλογίτεροι οἱ Ιωνεῖς μαστὸν λέγοντες.

Μέγαθος pro μέγεθος et ὑπερμεγάθης pro ὑπερμεγήθης dixit. Librarii etsi in his quoque vocalibus interdum ad communis dialecti formas aberrarunt, de quo dixerunt Wessel. ad 1, 51, et Koen. ad Greg. Cor. p. 468, in universum tam Ionicas satis diligenter servarunt.

Μέζων, μεζόνως. V. Κρέσσων.

Μείς pro μήν, forma ab Homero usurpata, quam dialecto Αἰολικῃ tribuit Eustath. p. 1174, 19, legitur apud Herodotum 2, 82, et Hippocr. p. 256, 1: ἐν τοῖς ἔνδεκα μησὶ μείς ἔστι. De dativo μησὶ in μήνεσι corrupto diximus § 11.

Μεμετιμένος. V. Ιέναι.

Ménav et composita dixit Herodotus, non μίμησιν, quod səpissime, etsi non constanter, apud Aretæum legitur et apud Lucian. De dea Syr. c. 29. Utraque forma poetæ epicis usi sunt.

Μετασημένος. V. Διπλάσιος.

Μετέπειτεν. V. Ἐπειτεν.

Μήσιν pro **Μαίων** est 1, 7; et **Μητίονες** (vel **Μητίονες**: nam de accentu dissentient grammatici) 7, 74 et 77, ubi præferenda videtur aliorum librorum scriptura **Μήσιν**, quæ exemplis Homericis commendatur. Similis diphthongi mutatio in nomine **Θρασυδαῖος** est, quod **Θρασύδιος** scriptum 9, 58.

Μιμηήσκεν. Imperativus præteriti passivi, qui apud Atticos mémuñco est, mémuñco est apud Herodotum 5, 105, nisi libri fallunt: quam formam ex Orphei Lith. 603 et epigrammate Anth. Pal. Append. 855 memoravit Lobeckius ad Buttmani Gramm. vol. 2, p. 244. Plusquamperfecti ἡμέμνητο forma soluta ἡμεμέντο apud Herodot. 2, 104.

Μνέα forma soluta pro **μνᾶ**. Vide § 9.

Μοῦνος pro **μόνος** dixerunt Iones omnes pariterque in derivatis et compositis, quorum exempla apud Herodotum sunt μουνοῦν, μουναρχέειν μουναρχή μουναρχος, μουνογενής, μουνονκώλος, μουνόλιος, μουνομαχέειν μουνομαχή, μουνόρθαλμος, μουνοφυῆς

Νεηνίτης et **νεηνίσκος** pro **νεανίας** et **νεανίσκος**.

Νεοάλωτος in libris plerisque legitur 9, 120, ubi præferendum νεάλωτοι, quod in aliis est et apud Eustath. p. 1728, 35. Alia ratio adjectivi πεντάετης, quod Herodotus 1, 136 Homeri exemplo prætulit Attico πεντέτης, et ρερέοικος 4, 46, qua forma jam Hesiodus usus est.

Νέτεν (Accumulare) præsentis nulla apud Atticos exempla sunt, duo apud Herodotum, qui ἐπινέουσι dixit 4, 62, et περινέειν 6, 80. Aoristi vero νῆσαι forma Homericæ νηῆσαι legitur 1, 50, et περινῆσαι 2, 107 bis, contra περινῆσαι 4, 164; συνένησ' 1, 34; συνήσαι 1, 86; 7, 107: unde illis quoque in locis νῆσαι et περινῆσαι, quod libri nonnulli præbent, præferendum judico. Perfectum συννενέαται (pro συννένηται) legitur 4, 62.

Νήσος pro **ναός** dixit Herodotus, ut λῆσος pro λάσος, eodemque modo προνῆσον 1, 51, et προνῆση Ἀθηναῖ 1, 92; 8, 37, 39: quam eandem esse quæ vulgo προνῆσα dicatur observavit Harpocratio s. h. v., qua forma, olim a multis addubitate, hodie inscriptionum veterum auctoritate extra dubitationem posita (v. Curtium ad Inscr. Delph. p. 78), præter alias usi sunt **Ἄεσχίνες** in ora-

tione contra Ctesiphontem p. 69, ab Harpocratio citatus, et **Ἄεσχυλος** Eum. 26, quemadmodum περίναος et σύνναος pro περίναος et σύνναος dicitur: quæ comparavit Franckius in annot. ad Inscr. Richteri p. 150.

Νῆσος. Hujus nominis declinatio Ionica haec est, νῆσος νεός νηή νέα, plur. νέες νεῶν νηοῖ νέας. Frequentia in his formis peccata librariorum, qui nominativi et dativi forma decepti νηός νῆα νῆες et νῆας scripserunt: de quo dixit Schweigh. in Lexico vol. 2, p. 125. Accusativi pluralis formam Ionicam annotavit Gregor. Cor. p. 400: τὰς νῆας νέας λέγουσας συστέλλοντες τὸ εἰς ε.

Νόστεν. Aoristus νοῦσαι et perfectum νενόημαι ab Ionibus in νῶσαι et νένωμαι contrahuntur: de quo diximus § 4.

Νεοστευμένα forma ab Atticorum usu, de quo videndus Phrynicus p. 206 edit. Lokeck., aliena legitur 1, 159, quæ nihil caussæ esset cur in dubitationem vocaretur apud Herodotum, nisi νεοστάις et νεοστείων legeretur 3, 111, ubi nulla e libris annotata scripturæ discrepantia est præter νεοστέων ex editione Aldina. Parum enim verisimile est alia verbi alia substantivi forma uti placuisse Herodoto. Quamobrem recte judicasse Portum puto, qui νεοστευμένα restituit.

Νόσος Herodotus ceterique scriptores Ionici præeuntibus poetis epicis constanter dixerunt pro νόσος, pariterque adjectivum ἀνούσος scriptum apud Herodotum 1, 32. verbi vero νοσάω vocalis simplex tanta constantia, ut videtur, in libris est servata, ut vix ulla relicta sint vestigia diphthongi, velut νοσέων apud Aretæum p. 81, B, cujus discriminis rationem probabilem excogitare ego non possum. Quamobrem diphthongum ubique restituendam censeo et verbo νοσάω et ceteris derivatis, velut ἀνόσως ἐπινόσως, νούσημα et νουσηρός (quæ apud Hippocratem et Aretæum modo sic modo per vocalem simplicem scribuntur), quemadmodum μοῦνος et οὐνομα diphthongum communem habent cum derivatis et compositis suis omnibus.

Ξεῖνος pro **ξένος** ejusque derivata et composita omnia per diphthongum ab Ionibus dicuntur, velut ξενίζειν ξενικός ξενίος ξεινοχτονέειν et πρόξενος, quod πρόξενος scriptum olim 8, 136, consentientibus, ut videtur, codicibus, qui alibi non raro hoc quoque in nomine servarunt diphthongum; quæ ne a nominibus propriis quidem aliena est habita, velut Τιμόξενος 8, 128.

Ξυνός, qua forma veteres Epicis constanter et de Tragicis **Ἄεσχυλος** et Sophocles aliquoties usi

sunt, apud Herodotum quoque aliquot in locis legitur, longe frequentius tamen κοινός et composita ἐπίκιονος et ἀνακοινοῦσθαι. Poetæ lyrici utraque forma usi sunt, prout metro commode esset.

'Ογδώκοντα. V. § 4.

'Οδμή ab Ionibus pro δεμή dici testatur præter alias Phrynicus p. 89 ed. Lob.: δεμή χρή λέγειν διὰ τοῦ σ· διὰ γάρ τοῦ δὲ δόμη 'Ιωνων. Παρανομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον δόμη λέγων. Apud Herodotum præter δόμη legitur etiam adjective δύσοδομος 3, 112.

Οἰδοῖον pro αἰδοῖον dictum Ionibus tribueret Orion in Etym. M. p. 31, 2. Apud Herodotum constanter αἰδοῖον, ut 2, 48, 51, 102, 104, 106; 3, 103, 149.

Οἰκέται pro ξουένται. Οἶκες οἰκαστοὶ οἰκός satis diligenter servata sunt in codicibus Herodoti: de quo dixit Schweighäuserus in Lexico vol. I, p. 186. Recete igitur οἰκότως quoque pro vulgato oīm εἰκότως 2, 25, ex aliquot optimæ notæ librī jam ab Wesselingio restitutum.

'Οπέων, οὐος, forma Ionica pro δπάων, οος, servata in librī 9, 50, 51; unde eandem restituī 5, 111, ubi libri in δπάων consentiunt. V. § 11.

'Ορτή et δρτάζειν pro ἑορτή et ἑορτάζειν frequens apud Herodotum aliquosque hujus dialecti scriptores. Forma Ionicæ unum in poesi Attica exemplum superest Ionis tragici apud Athen. 6, p. 258, F: ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν δρτήν ἄγειν· nam sic codicis scripturam ἑορτήν emendavi. De qua correctione immerito, ut opinor, dubitavit Meinekius in Exercit. in Athen. I, p. 22, qui quod unicum hoc esset Ionicæ formæ apud Tragicos exemplum, transpositis vocabulis numerisque minus elegantibus scribere maluit, ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν δρτήν δεῖ μ' ἄγειν. Cui conjecturæ, quæ mihi quoque in promptu erat, alteram consulto prætuleram. Nam si Euripidi Electr. 625, forma Ζελικα ἑρτις semel uti licuit, quidni Ionicæ semel uti licuerit Ioni? Adjectivum ἀνέρταστος legitur in fragmento Democriti apud Stob. Flor. 16, 21. Quod ἀνέρταστος scribendum videtur.

Οὐ particulæ formis præter hanc ipsam usus est Herodotus duabus οὐκ et οὐκι pro Attico οὐχι: nam tertiae οὐχ locus non fuit, quum literas tenues ante spiritum asperum in asperas non mutet.

Οὐκων. V. 3Ων.

Ολυμπιος montis nomen in librī plerisque per diphthongum scribitur (1, 36, 43, 56; 7,

74, 129, 173) uno excepto loco 7, 128, eodem modo Ολυμπιηνοί 7, 74. Quo indicio suspicari licet reliqua quoque hujus stirpis nomina, Ολυμπιας Ὀλυμπίη Ὀλυμπικός Ὀλύμπιος Ὀλυμπιονίκης et Ὀλυμπιοδώρου nomen (9, 21), omnia per diphthongum esse scribenda.

Οὐνοματα ejusque derivata (οὐνομάζειν οὐνοματεῖν οὐνομαστός) ab Ionibus per diphthongum scribuntur, quæ nominibus propriis quoque Οομάρχιος 7, 6, et Οονομαστός 6, 127, restituenda videtur. Nam quum in nominibus cum ξένος compositis forma Ionica ξενος adsciscatur, nulla excoigitari ratio potest, cur non idem factum sit in nominibus cum θνομα compositeis. Οὐνοματα cum articulo conjunctum sæpiissime in librī recte scriptum τὸ οὐνομα, aliis tamen in locis non paucis librarii crasis Atticam intulerunt τούνομα, quæ locum non habet in forma vocabuli Ionica. Quamobrem ubique τὸ οὐνομα scripsi. Difficilior de augmento θνομάζειν et comp̄itorum (ἐπονομάζειν μετονομάζειν προσονομάζειν) quæstio est. Nam codices Herodoti inter triplicem fluctuant temporum præteriorum scripturam, modo θνόμασσα θνόμασται etc., modo eadem per οὐ vel οὐ scripta exhibentes. Ac prima quidem scribendi ratio manifesto falsa est: nam augmentum si omittere placuit Herodoto, necessario οὐνόμαζον οὐνόμασα οὐνόμασται dicere debuit. Itaque hoc solum querendum relinquitur, utrum augmentum an diphthongus Ionica potior visa sit Herodoto. Ego augmentum prætuli, quod majorem a librī auctoritatē habere videbatur: quanquam non diffiteor alteram quoque scripturam habere quo commendetur. Nam quum Herodotus verbis Ionicæ linguae propriis, qualia sunt ἀγνέειν ἀναισθεῖν ἀρρεδεῖν ἀρτεσθεῖν ἔστοιν, augmentum nusquam videatur adhibuisse, idem ei placere potuit in verbo οὐνομάζειν et, cuius ratio eadem, οὐρίζειν. Hujus enim verbi aoristus οὐρισειν, οὐρισαν, non ὥρισειν, scriptus in librī omnibus 3, 142; 6, 108.

Οὐρος, δ, pro δρος, δ, mutato propter diphthongum spiritu dixerunt Iones, pariterque in derivatis οὐρίζειν οὐρισμα δμουρος πρόσουρος πρόσουρος (nisi hoc ex δμουρος vel πρόσουρος corruptum est 4, 173) et reliquis omnibus. Non minus certum est οὐρος, τὸ, pro δρος, τὸ, constanter dictum esse, ut vix operæ pretium sit notare codices Herodoti tribus quattuor in locis in δρος consentire.

Οὐτω non solum ante consonantes, sed etiam ante vocales dixit Herodotus. Quæ lex quum satis diligenter servata in codicibus sit, pauca

formæ oītōs ante vocalem posita exempla, quæ vulgo cerebantur, correxi.

Πιέζειν. Participium πιεζόμενος in codicibus nonnullis πιεζέμενος scriptum 3, 146; 6, 108; 8, 142. Nihil tribendum paucis his locis, quibus major obstat alterius formæ exemplorum numerus. De quo dixi § 16.

Πιμπλάναι. Vitiosa hujus verbi forma ἐμπίπλαι legitur 7, 39, ubi duo codices ἐμπιπλεῖ (ut vulgo apud Hippocr. p. 464, 27) vel ἐπιπλεῖ, recte alias ἐμπιπλᾶ, quam scripturam confirmat Stobæus Flor. 20, 46, ubi vulgo quidem ἐμπίπλη, sed codex optimus ἐμπίπλα, quod ἐμπιπλᾶ est, ut ἵστη pro ἵστησι dixit Herodotus. Non magis ferri potest ἐπιμπλέστο vel ἐπιπλέστο, quod vulgo lectum 3, 88, in ἐπιμπλάστο mutavi, ut 3, 108, e libris correctum pro vulgato ἐπιμπλέστο. Accedunt ad hæc exempla formarum in libris omnibus recte scriptarum ἀναπίμπλαμεν 6, 12; ἐμπιπλᾶσι 4, 72; πίμπλασθαι 3, 84; ἐμπιπλάμενος 1, 112; 8, 117, et conjunctivus πίμπληται 7, 37. Ex quibus manifestum est conjugationem hujus verbi apud Herodotum eandem esse quam verbi ἵσταναι. Apud Hesiodum quod legitur πιμπλέσσαι (*Theogon.* 880) ex πιμπλέσσαι contractum est, quod pro πιμπλῶσσαι dictum, ut δρόσουσαι pro δρῶσαι, si recte habet scriptura illa, de quo magnopere dubito. Nam quum Homerius πιμπλᾶσι dixerit, multo probabilius est Hesiodum quoque πιμπλᾶσσαι scripsisse, quod ipsum H. Stephanus in Thesauro posuit, præente Lexico septemvirali, sumptum, ut opinor, ex editione Iuntina, in qua πιμπλῆσσαι scriptum ut in aliquot codicibus, quod ex πιμπλᾶσσαι corruptum esse judicavit emendationis illius auctor.

Πλέων, πλέην pro Attico πλέων, πλέα, πλέων. Sic βίκους οἴνου τέλεους 1, 194; τάρρος πλέη θύσιος 1, 178; χειρὶδι πλέη ἀργυρίου 6, 72. Formam contractam πλῆ ex Diogene Apolloniata annotavit Herodianus Περὶ μον. λέξ. p. 7, 7, ἀγνωστον τοῖς ἀλλοῖς dicens.

Πλάσειν et reliqua hujus verbi compositorumque tempora per ω scripta apud Herodotum tanto confirmata sunt exemplorum numero, ut locis reliquis, quamvis ipsis quoque numerosis, in quibus vulgares formæ πλέων πλεῦσαι πλεύσθαι etc. legebantur, Ionicas restituere non dubitaverim.

Πολιτήται forma Ionica pro πολιτης in codicibus Herodoti satis accurate servata, ita ut unum loco 1, 96 sine librorum auctoritate πολιτέων pro πολιτέων restituendum fuerit ab editoribus. Sed præterea adjectivum gentile

‘Ηλιουπολῖται sive sic sive divisim ‘Ηλίου πολῖται scriptum legitur 2, 3, et Καλλιπολῖταις 7, 154, quos non dubitandum quin ‘Ηλιοπολιήτας et Καλλιπολιήτας dixerit Herodotus. Sic Ἱεραπολιήτης in epigrammate apud Plut. Mor. p. 14, B : Εὐρύδηχη Ἱεραπολιήτης τὸνδ ἀνέθηκε.

Πολλάκι formam epicam vulgo lectam 1, 36; 2, 2, in πολλάκις mutavi ex aliquot codicibus : nam hac tantum forma utitur Herodotus. V. 2, 134; 3, 74, 160; 4, 3, 79; 7, 46.

Πολλαπλήσσιος. V. Διπλήσιος.

Πολλός. Poetae epici tribus usi sunt hujus adjectivi formis, πολὺς ποιλύς πολλός, Herodotus una πολλός πολλή πολλόν, cuius tanta apud eum est exemplorum copia ut non difficile intellectu sit paucos quosdam locos, in quibus libri ποιλύς vel πολύ πρæbent (velut 3, 57; 6, 72, 125; 7, 46, 160), ad ceterorum exemplum esse refingendos. Aliquanto major apud Hippocratem et Aretæum codicum fluctuatio est inter tres quas supra dicebam formas, quibus apud Hippocratem quarta interdum accessit ποιλός, ab librariis excogitata, veterum Græcorum auribus non andita. Composita cum hoc adjectivo, velut ποιλάργυρος ποιλαρχής ποιλόγονος ποιλάρπος, a ποιλύς formantur ab Herodoto, non a ποιλύς, quod male illatum erat 1, 56, ubi vulgatum ποιλυτλάνητος ex codice suo (et Stephano Byz. s. v. Δώριον) corredit Schweighæuserus. Simili errore ποιλύ olim legebatur 3, 38.

Πόμα, forma a Polluce 6, 15 aliisque grammaticis agnita, ter apud Herodotum legitur 3, 22 et 23, et frequens est apud Hippocratem et Aretæum. Eandem quum librarii non raro scriptis Atticorum intulerint, quos πόμα dixisse extra dubitationem positum est, facile appareret ne Ionicorum quidem scriptorum exempla satis certa haberet posse.

Προσίκελος. V. Ἰκελος.

Πτώσσαι pro πτήσσαι legitur apud Herodotum 9, 48. Hanc formam, qua etiam poetae epici usi sunt, Ionicæ dialecto tribuit Eustath. p. 484, 3. Eadem bis legitur apud Euripidem (*Bacch.* 223, *Hec.* 1064), qui alibi non raro πτήσσαι dixit ut *Eschylus* et *Sophocles*.

‘Ρέθρον forma soluta pro ρεῖθρον : cuius exempla plurima sunt apud Herodotum.

Σίνεσθαι. Recta hæc est verbi forma, jani ab Homero usurpata, qua non dubitandum est quin Herodotus quoque sola usus sit. Nam quæ in codicibus modo pluribus modo paucioribus passim reperiuntur formæ σινεσθαι σινεσύμενοι

et, in qua semel (5, 81) libri omnes consentiunt, ἐσνέοντο, librariorum videntur esse peccata, quibus fortasse verbi στενόθει similitudo fraudi fuit. V. var. lect. ad 4, 123; 9, 13, 49, 73, 87, 120.

Σικηρός dixit Herodotus, non μικρός, quod paucis quibusdam in locis ab librariis positum correxi. Nimia Matthiae fuit diligentia, qui post vocabula in literam σ exeuntia μικρός scribendum esse censuit in annotatione ad 1, 5.

Σόος ab librariis interdum in σῶς mutatum: v. var. lect. ad 2, 181; 5, 96; 6, 86; 8, 39. In σῶαι consentiunt libri omnes 1, 66, ubi σῶαι jam ab Schæfero restitutum, in σώων et σῶα 2, 121 (p. 110, 12); 4, 124. Suspectum etiam σῶ 1, 24; 4, 76.

Σταθμόθει pro σταθμάσθαι dixerunt Iones, quemadmodum ἡττᾶν in ἑσσοῦν mutarunt. Sic apud Herodotum σταθμώσασθαι 3, 15; 4, 58; 7, 10, 11, 214: quorum ad locorum exemplum non dubito quin corrigendi sint alii quibus vulgarem formam intulerunt librarii, σταθμησάμενος pro σταθμωσάμενος scripto 2, 2; 9, 37, et σταθμώμενος σταθμέομενος vel σταθμεώμενος 2, 150; 7, 237, pro σταθμούμενος vel σταθμέύμενος, quod 8, 130 legitur: de qua forma dixi § 19 b et c.

Στεινός Iones dixerunt pro στενός, ut κεινός pro κεινός. Apud Herodotum στεινός et comparativus στεινότερος et compositum στεινόπορος leguntur.

Σύν. Qua Attici veteres s̄epissime inter eosque Thucydides constanter usi sunt pr̄positio-
nis σύν forma duriore ξύν, ei Herodotus molliorē
σύν ita pr̄stulit ut ab altera prorsus
abstinnisse videatur: de quo recte judicavit
Schweighäuserus in Lexico s. v. Σύν, ubi unum
tantum codicem Schellershemianum inde a libro
sesto frequētius ξύν inferre annotavit, et s. v.
Ξυμαίξα, ubi pauca quādam ex uno alteroque
codice exempla commemoravit de vocabulis ξύμα-
χος ξυμαίξα ξυνήνεικε ξυμφορή ξύμπαντες, quae
nullius plane momenti sunt si cum aliorum
comparentur multitudine, in quibus libri in
σύν consentiunt. Quamobrem non dubitandum
esse puto quin ξυμάχους 3, 37 in συμμάχους et
ξυνετώτερον, quod in libris omnibus legitur 3,
81, in ἀσυνετώτερον sit mutandum, quemadmo-
dum συνετά nullo turbatum librorum dissensu
legitur 2, 57.

Major de ceteris scriptoribus Ionicis dubitatio
est. Nam in libris Hippocraticis centena sunt
n̄triusque formae exempla, codicibus modo in
alterutra consentientibus, modo inter utramque

fluctuantibus, ita tamen ut ξύν aliquanto plus
pr̄sediū a codicibus habere videatur; eademque
fere in aliis scriptoribus inconstantia animadver-
titur, velut in fragmentis Democriti apud Sto-
bæum, in quibus ξύν legitur Floril. 94, 24;
ξυγχωρέτιν 108, 64; ξύμπας 40, 7; ξυμφορή 7, 32,
112, 10; ξυνιάσι 112, 10; ξυνουσίτι 6, 57: contra
συγγινώσκεσθαι 43, 44; συμφέρον 20, 62; συμφορή
105, 68; συναγωγή 10, 65; συνειδήσει 120, 20;
συνεχές 92, 14; συντέτανται 37, 26.

Τάμνειν pro τέμνειν, ex Herodoto et Hippo-
crate annotatum ab Gregorio Cor. p. 476, pari-
terque ἔταμνον Epicorum exemplo dixerunt
Iones: cujus exempla plurima sunt apud Herodotum et verbi simplicis et compositorum ἀπο-
τάμνειν διατάμνειν περιτάμνειν συντάμνειν. Αορί-
στος ἔταμνον est, qua forma Attici quoque veteres
interdum pro ἔταμνον usi sunt. Forma media τα-
μέθαι est apud Herodotum 5, 82.

Ταξιάρχης et similia nomina, quae in αρχας po-
tius terminare solent antiquiores scriptores Attici,
primae declinationi attribuere maluit Herodotus,
ut videtur. Nam ταξιάρχεων, non ταξιάρχων,
in libris plerisque scriptum 7, 99; 9, 53; στρα-
τάρχης in omnibus 3, 157; στρατάρχεω 8, 45, et
χιλιάρχας μυριάρχας ἔκατοντάρχας 7, 81. Fortasse
igitur τοὺς ταξιάρχους 9, 42, in τοὺς ταξιάρχας mu-
tandum. Contra in νεύαρχος et νεύαρχοι libri
consentiunt 7, 59, 100, et 8, 42.

Τέσσερες, τέσσερα, pro τέσσαρες τέσσαρα dixe-
runt Iones, eandemque vocalis mutationem nu-
meralibus hinc derivatis adhibuerunt, τέσσερες-
χαδεῖα τέσσεράκοντα. Librarii vero interdum
formas communes posuerunt, velut 1, 51, ubi
libri omnes τέσσαρας, quod correxit Schæferus,
et 6, 41, ubi plerique τέσσαροι.

Τέως pro ξώς dixisse Herodotum editores sibi
persuaserunt uno adducti exemplo 4, 165, ubi
ξώς restitui. Contrario modo peccatum 8, 74, ubi
ξώς μὲν — τέλος in libris omnibus legitur, quod
τέως scripsisse Herodotum aliquam locorum non
paucorum comparatio docet, in quibus τέως μὲν
respondentes habet formulas ἔπειτε δέ, μετὰ δέ,
τέλος δέ.

Τιήρης, δ, forma Ionica pro τιάρα, ή, servata
in libris 8, 120: τιήρη χρυσοπάστῳ. Forma par-
tim Attica partim Ionica τὸν τιάραν 1, 132; πί-
λους τιάρας 3, 12; τιάρας καλευμένους 7, 61; quae
τιήρη et τιήρας scribenda esse jam ab aliis est
intellectum. Apud Lucianum De dea Syr. c. 42,
τιάρη χρυσέη, quod ipsum quoque τιήρη scriben-
dum.

Tiθένται. Hujus verbi conjugatio Ionica ab

Attica formis quibusdam differt a conjugatione in ἀῳ sumptis, quemadmodum ἵστημι et δίδωμι formas quasdam mutuantur conjugationi in ἀῳ et ὥῃ proprias : quas omnes non raro interpolarunt librarii ad Atticę conjugationis formulas aberrantes. Ac primo quidem pro τίθης et τίθησι Iones τίθεις et τίθει dixerunt, ut ἵστης ἵστη δίδωις δίδοι pro ἵστης ἵστησι δίδως δίδωσι. Sic ἐπιτίθεις apud Herodotum 5, 95; προτίθεις 1, 133; τίθει 1, 113; ἐπιτίθει 5, 95; 7, 35; παρατίθει 4, 73; προτίθει 1, 133. Tertiæ personæ pluralis τίθεσι compositorumque exempla, partim in τίθεσι ab librariis mutata, sunt 3, 53; 4, 23, 34, 67; 5, 8; 7, 197. Imperfectum est ἐτίθεα pro ἐτίθην et ἐτίθεις ἐτίθηι pro ἐτίθης ἐτίθη, ut ἵστα et ἰδίδου pro ἵστη et ἰδίδω. Sic ὑπερτίθεα 3, 155; περιτίθει 6, 69; unde προτίθεε 8, 49 in προτίθει mutandum. De aoristo θῶ et θῶμαι in θέω et θέωμαι soluto dixi § 18 e, de formis passivis τίθεσαι ἐτίθεσαι pro τίθενται ἐτίθεντο ibidem d.

Τράπεν. Communis dialecti formis τρέπω ἐτρέποντας τρέπομαι ἐτρέπόμυν ἐτρέφθην respondent Ionicæ τράπω — ἐτράφθην, Servatur vero litera ε in aoristo et futuro ἐτρεψα τρέψω, quibus ipsis quoque α interdum illatum a librariis. V. exempla ab Schweighäusero memorata in Lexico s. v. Ἐπιτρέπω.

Τρῶμα et derivata τρωματίης τρωματίζειν etc. Iones constanter dixerunt pro τραῦμα. Id librarii passim τρώμα vel τρώμα scripserunt, quemadmodum θῶμα in θῶμα vel θῶμα mutarunt, de quo supra diximus.

Ὑπέροχος pro ὑπέροχος libri multi et boni præbent 5, 92, 7, p. 268, 52, et recte fortasse : quanquam librarii formam Homericam fere ubique vulgari substituerunt, etiam ubi locus ei non est, velut *Asch. Prom.* 429, *Soph. Trach.* 1096.

Ὑπερμεγάθης. V. Μέγαθος.

Ὑς potius quam σὺς dixit Herodotus, si quid exemplorum numero codicumque auctoritati est tribuendum : vide 1, 36, 43; 2, 14, 47, 68, 70; 4, 192, 186, cum var. lect. Præstulit vero Homericum συνθῆτες (2, 47, 48) Attico νοβοσκός. Contra Lucianus σὺς, *De dea Syr.* c. 6, 12, 54.

Φέρεν. Aoristis Atticis ἡνεγκα et ἡνεγχον non utuntur Iones, qui ἡνεικα ἡνεικάμην, ἐνεῖκαι ἐνεῖσθαι, dixerunt.

Χείρ. Magna est codicum Herodoti inconstans in exhibendis formis χειρός χειρὶ χεῖρα χεῖρες χειρῶν χεῖρας et χειρὸς χειρὶ χέρα χέρες χειρῶν χέρας. Videntur tamen præferenda esse diphthongus,

cujus non dubius apud Herodotum usus est in adjectivis cum χείρ compositis, velut χειρούθης et χειρούητος.

Χρᾶσθαι χρᾶται ἔχρατο χράσθω χράσθων eorumque composita Iones dixerunt pro Atticis χρῆσθαι χρῆται ἔχρητο, χρήσθω χρήσθων, quæ illis passim substituerunt librarii. Isdem, ut opinor, acceptas referimus apud Herodotum (nam de aliis scriptoribus nunc non quæram) formas locis pluribus obvias χρέσθαι χρέεται ἔχρετο, quæ ex formis fictæ videntur ω in eo vel ει solutum habentibus, quarum ratio alia est, ut χρέονται et conjunctivo χρίωνται pro χρώνται, ἔχρέοντο pro ἔχρωντο, χρώμενος (vel potius χρέόμενος : v. § 19 b) pro χρώμενος. Imperativus χρέω 1, 155, rectius χρέο scribi videtur, quod restitutum ab Schæfero et frequens est apud Hippocratem, quanquam apud hunc quoque libri non raro χρέω præbent vel formam vulgarem χρῶ, quæ eximenda est fragmento Democriti apud Stoicūm Flor. 62, 45. Eadem formarum activarum ratio, χρᾶν χρῆς χρᾶ ἔχρα cum compositis ἀποχρᾶν χατέχρα (male ἀπέχρη scripto in libris plerisque 1, 66) χαταχρᾶ χατέχρα. Participium χρᾶσθαι in χρέουσται solutum 7, 111 (ubi libri optimi χρέωσται, ut alibi δρέωνται pro δρέονται) : ex quo sequitur ἀποχρῶσται vulgo lectum 5, 31, in ἀποχρέουσται mutandum fuisse.

Ων forma Ionică pro οὖν, annotata ab Apollonio Dysc. De adverb. p. 495, 8, et in compositis γῶν pro γοῦν, οὐκῶν et οὔκων pro οὐκοῦν et οὐκουν, τοιγαρῶν pro τοιγαροῦν.

§ 22.

De dialecto Ionica Luciani.

De scriptoribus qui vel ante vel post Herodotum Ionice scripserunt etsi dicere alienum est a proposito meo, duas tamen scriptiunculas Ionicas, quæ inter Luciani opera leguntur, paullo accuratius pertractandas mihi sumam, quoniam, exceptis paucorum quorundam vocabulorum formis, totæ sunt ad imitationem Herodoti composite. Sequar autem paginarum versuumque numeros editionis Didotianæ, correctionesque quæ minus certæ videantur addito interrogandi signo ab ceteris distinguan.

I.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΠΣ ΘΕΟΥ.

P. 733, 15. ἐννοίην λαβεῖν] ἐννοιαν λαβέειν. — 18. πολλοστῷ] πολλῷ τεῳ corrigendum esse supra

diximus § 13. — 22. ἔσαν] ήσαν, quod legitur p. 376, 50. — πολὺ] πολλόν: quae forna servata in libris est infra p. 333, 26; 334, 24; 335, 26, 52; 336, 39; 338, 16, 47; 341, 8, 21; 342, 39; 344, 39, 46, et Περὶ τῆς ἀστρολογίης p. 373, 48; 374, 2, 26; 375, 28, 53; 376, 2; 377, 22. — 31. βασιλῆος] βασιλέος. — 34. εἰς] ἐς. — 37. ἐφεξόμενην] ἐπεξομένην.

734, 15. τρέπεται] τράπεται. — 17, 20. θωῦμα] θῶμα? — 18. γίγνεται] γίνεται: quod legitur p. 747, 8. — 19. ὑθετάμην] ἑθησάμην. — 46. πόλει] πόλι: quod in editione Didotiana pro vulgato πόλει restitui p. 377, 54; 338, 49; 339, 25; 346, 39; 347, 8. — 48. θωύματα] θώματα? — 52. κλεισθέντος] κλήσθεντός.

735, 3. ἀποκέαται] ἀποκέέται: nam vulgata scriptura etsi eo defendi potest quod κεχωσμέται c. 39 cum neutro plurali conjunctum legitur (nisi hoc ipsum quoque corruptum est), tamen quum in aliis hujus libelli locis codices inter κέαται et κέαται fluctuant, probabilius videtur ἀποκέέται. — 14. ἐπὶ τοῦ] similiter ἐπὶ τῶν p. 336, 48, 52; ἐπὶ τοῖσι p. 340, 49; ἐπὶ τῆς p. 342, 1; ἀπὸ τῶν p. 341, 37; quae in ἐπ' οὗ ἐπ' ὅν ἐπ' οἵσι ἐπ' ξῖς ἀπ' ὃν ex usu Herodoti mutanda erunt, si Lucianus ἀπ' ὃν scripsit p. 375, 23. Ἐπὶ τοῖσι p. 375, 30, quod Herodotus ἐπ' οἵσι dicit. Contra ἐν οἴσι p. 374, 19, pro Herodoteo ἐν τοῖσι, quod legitur p. 376, 36, ubi tamen ἐν δὲ τοῖσι scribendum videtur. — 23. φρίσιν] φρίσι. — 28. ἐλίπετο] ἐλείπετο. — 29. εἶνεκα] εἶνεκεν? — 36. ἐπλευσαν] ἐπλωσαν. — 39. πόλει] πόλι. — θωύμασι] θωμάσαι? — 44, 45. μικρὸν] σμικρόν.

736, 7. ὑθετάμην, θέημα ξένοντον ήμισέτη] ἑθησάμην, θέημα ξείνοντον ήμισεα. — 9. πόλει] πόλι. — 14. εἶνεκα] εἶνεκεν? — 21. ἵερδες error typothetæ pro ἱρός. — 25. Σαμοθρακες] Σαμοθρήκεις. — 26. ἔτεμε] ἔταμε. — 27. θηλέην] θηλέαν. — 37. τέμνονται] τάμνονται. — 43. κείνην] ἔκείνην: quae forma legitur p. 337, 7, 10; 341, 1, 35; 342, 19, 26, 40; 344, 5, 9; 346, 21, et ex codicibus restituenda est p. 747, 4. Conf. ad p. 372, 13. — 47. ἔστασι] ἔστεσαι? — 48, 52. ἐπὶ τῶν] ἐπ' ὃν. — 53. μικρὸν] σμικρόν.

737, 7. βασιλῆος] βασιλέος. — 11. ἀπινοίη] ἀπίνοια. — 12. κατέλοσθεν] κατέλαβε. — 13. Ἐξειτο] Ἐξέτο. — 14. ἐτρέπετο] ἐτράπετο. — 20. ἔχε] ἔχε. — 24. ἀρκατο... ἔχετο] ἄρκατο... εἶχετο. — 25. γιγνόμενα] γινόμενα. — 27. δρρωδέοντα] ἀρρωδέοντα. — 29. φρενοβλαβείη] φρενοβλάβεια. — 34, et 340, 48. ἔσχετο] εἶχετο vel ἔσχητο. — 36. προ-ζενέειν] προξενείειν. — 37. ἀμειβετο] ήμειβετο vel ἀμειβεται. — 46. ἦν] ήν, ut p. 339, 2, nisi, quod non credo, illud contra usum Herodoti dixit ut

ζμενεται; ήν iterum p. 344, 43, ubi cod. Gorlic. ήν, in quo omnes consentiunt p. 336, 23. — 47. τουτέοισι] τούτοισι. — 53. ἐθεήσατο] ἐθηήσατο. — 55. ἀπείλεται] ἡπείλεται.

738, 1. οδδεμίην] οδδεμίαν. — 6. εἶνεκα] εἶνεκεν? — 15. λίσσετο] ἐλίσσετο. — 17. δρρώδεις] ἀρρώδεις. — 29. εἰπὼν] εἰπας? — 30. σμικρὸν] σμικρόν. — 31. ἐπειτα] ἐπειτεν? — 33. βασιλῆα] βασιλέα. — οίκησιοι] οίκισιοι. — 40. σῶν] σόνον. — 46. δρρώδεις] ἄρρωδεις. — 47. συνόντα] συνεόντα. — ἄργετο] ἄρχετο. — 49. τουτέων] τούτων.

739, 5. αἰδέστεο] ἡδέστεο. — 8. ἀγνοίην] ἀγνοιαν — 10. οίκηια] οίκια. — 11. αὐλίζετο] ἡδίλλετο. — λίσσετο... ἀπτετο] ἐλίσσετο... ἄπτετο. — 13. ἀναίνετο] ἡνάίνετο. — 14. Ἀπειλούσης] Ἀπειλεούσης. — 18. ἐλπετο] ἡλπετο. — 20. ἀπρήκτο] ἀπρήκτου. — Εστιν] Ἐστι. — 21. γίγνεται] γίνεται, pariterque 27. — 31. πείρην] πείραν. — 33. ταῦτη] ταῦτα. — 34. Σθενεβοῖην] Σθενεβοιαν. — 41. ἔχε] εἶχε. — 44. ἀρχετο] ἄρχετο. — προύφερε] προέφερε. — 46. τρισσά] τριξά? — 51. ἐργασμένον] είργασμένον ex codd., ut ειργάσσο p. 340, 12, διειργάσσατο p. 340, 39. Conf. ad p. 336, 21. — 53. φθέγξατο] ἐφθέγξατο. — 54. εἶνεκα] εἶνεκεν?

740, 4. ἐπέδειξη] ἐπέδεξη. — 6. δρρωδέων] ἀρρωδέων. — 8. δεσπότεο] δεσπότην. — 17. αὐτέων] αὐτῶν. — 29. εἶνεκα] εἶνεκεν? — 31. Ἐρμοκλέους] Ἐρμοκλέος, ut Ἡρακλέος p. 333, 24, 25. — 34. ἔτεμον] ἔταμον. — 38. ἀνανδρῆη] ἀνανδρήη. — 45. τουτέων] τούτων. — 46. συνεντήθη] συνηνεγέθη. — 47. τε δητα] τ' ἔντα. — 48. ἔσχετο] V. ad p. 337, 34. — 49. Ἐπὶ τοῖσι] Ἐπ' οἴσι. — 52. ἔξαπατοιο] ἔξαπατῷτο.

quum vidissent eum cunctos pariter populos adgredi, per-
multorum annorum commeatum in urbem comportaverant.
(3) Quare hi quidem non admodum graviter ferebant obsi-
dionem: at Cyrus magnis difficultatibus premebatur, qua-
doquidem multo jam tempore circumacto nihil admodum
promota res ejus erant.

CXCI. Igitur, sive quis alias ei dubitanti consilium sub-
gessest, sive ipse quid faciendum esset intellexit, hoc facere
instituit. Universo exercitu circa flumen disposito, ab ea
maxime parte qua urbem influit, partim vero etiam a tergo
ubi ex urbe egreditur, prædixit militibus, ut, quum vide-
rint vado transiri flumen posse, tunc ea via urbem ingre-
diantur. (2) Hoc dato mandato, ipse cum inutili copiarum
parte abiit, et ad lacunam contendit. Quo ut pervenit,
quod Babyloniorum regina circa flumen et circa paludem
fecerat, idem nunc ipse Cyrus fecit. (3) Fluvio per fossam
in eum locum, qui nunc palus erat, derivato, pristinum
alveum vado pervium reddidit, subsidente aqua. Quo
facto Persæ, qui ad hoc ipsum ibi dispositi erant, per al-
veum Euphratis fluvii, cujus aqua in tantum retrogressa
erat, ut vix medium femur hominis attingeret, per hunc
alveum Babylonem sunt ingressi. (4) Quodsi igitur aut ante
cognovissent aut animadvertisserent Babylonii quae Cyrus
instituebat, sane non passi essent Persas urbem intrare,
sed misere perdidissent. Quippe si portulas omnes,
quae ad flumen pertinent, clausissent, ipsique macerias
concedissent secundum utramque fluminis ripam ductas,
veluti in nassa capturi illos fuerant. (5) Nunc ex inopinato
adstiterunt eis Persæ. Propter amplitudinem vero urbis
ut aiunt ejus incoleæ, postquam captae jam erant extremae
urbis partes, qui mediā Babylonem incolebant, non ani-
madverterunt captos se esse; sed quum festus forte tunc
ageretur dies, saltabant per id tempus et voluptatibus in-
dulgebant, donec tandem verum resciverunt. Atque ita
quidem tunc primum capta est Babylon.

CXCII. Opes autem quantæ sint Babyloniorum, quum
aliis documentis declarabo, tum hoc. Magno regi, præter
tributa quae ei penduntur, universa terra cui imperat, ad
alendum ipsum et exercitum ejus, in certas partes est

- άρχει. (2) Δυώδεκα δὲ μηνῶν ἔοντων ἐς τὸν ἐνιαυτὸν τοὺς τέσσερας μῆνας τρέφει μιν ἡ Βαβυλωνίτη χώρη, τοὺς δὲ δικτὼ τῶν μηνῶν ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀσίη. Οὕτω τρι-τημορίῃ ἡ Ἀσσυρίη χώρῃ τῇ δυνάμει τῆς ἀλλης Ἀσίης. (3)
- 6 Καὶ ἡ ἄρχη τῆς χώρης ταύτης, τὴν οἱ Πέρσαι σατρα-πήνη καλεῦσι, ἐστὶ ἀπασέων τῶν ἀρχέων πολλόν τι κρατίστη, δικου Τριταντάγη μὲν Ἀρταβάζου ἐκ βασι-λέος ἔχοντι τὸν νομὸν τοῦτον ἀργυρίου μὲν προσήγει ἐκάστης ἡμέρης ἀρτάβη μεστή (ἡ δὲ ἀρτάβη μέτρον 10 ἐὸν Περσικὸν χωρέει μεδίμνου Ἀττικῆς πλεῦν γοίνιζι τρισὶ Ἀττικῆσι), ἵπποι δέ οἱ αὐτοῦ ἔσαν ὅδη, πάρεξ τῶν πολεμιστηρίων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλέας δικτακοσίοι, αἱ δὲ βαινόμεναι ἔχασισθίλιαι καὶ μύριαι· ἀνέβαντις γάρ ἔκαστος τῶν ἐρέσεων τούτων εἰκοσὶ ἵπ-15 πους. (4) Κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτο δῆ τι πλῆθος ἐτρέφετο ὥστε τέσσερες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κῦματα μεγά-λαι, τῶν ἀλλων ἔδυσαι ἀτελέες, τοῖσι κυσὶ προσετε-τάχατο σιτία παρέχειν. Τοιαῦτα μὲν τῷ ἄρχοντι τῆς Βαβυλῶνος ὑπῆρχε ἔοντα.
- 20 CXCIII. 'Η δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὑεται μὲν ὀλίγῳ, καὶ τὸ ἐκτρέφον τὴν φίλαν τοῦ σίτου ἐστὶ τοῦτο· ἀρδό-μενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀδρύνεται τε τὸ λήγον καὶ παραγίνεται δὲ σῖτος, οὐ κατά περ ἐν Αἴγυπτῳ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τὰς ἀρόυρας, ἀλλὰ χερσὶ 25 τε καὶ κηλωνήσιοις ἀρδόμενος. (2) 'Η γάρ Βαβυλωνίη, χώρη πᾶσα, κατά περ ἡ Αἴγυπτίη, κατατέμηται ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νησιτέ-ρητος, πρὸς οὓς τετραμένη τὸν χειμεριὸν, ἐσέχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς τὸν Τίγριν, 30 παρ' δὲ Νίνος πόλεις οἰκητο. (3) Ἐστι δὲ χωρέων αὐτῇ ἀπασέων μακρῷ ἀριστετῶν ἡμεῖς ὁδιεν Δῆμητρος καρ-πὸν ἐκφέρειν· τὰ γάρ δὴ ἄλλα δένδρα οὐδὲ πειρᾶται ἀργήν φέρειν, οὔτε συκέην οὔτε ἄμπελον οὔτε ἐλαίην. Τὸν δὲ τῆς Δῆμητρος καρπὸν ὡδὲ ἀγαθὴ ἐκφέρειν 35 ἐστὶ ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπτων ἀποδιόι, ἐπεδὲν δὲ ἀριστα αὐτὴ ἐνείκη, ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει. (4) Τὰ δὲ φύλλα αὐτούσι τῶν τε πυρῶν καὶ τῶν χριθέων τὸ πλάτος γίνεται τεσσέρων εὐπετέως δακτύ-λων. Ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅστον τι δένδρον 40 μέγαθος γίνεται, ἔξεπιστάμενος μνήμην οὐ ποιήσομαι, εὖ εἰδὼς δτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοις ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην καὶ τὰ εἰρημένα καρπὸν ἐχόμενα ἐς ἀπιστήν πολλὴν ἀπίκται. Χρέονται δὲ οὐδὲν ἐλαΐη, ἀλλ' ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦνται. (5) Εἰσὶ δὲ σφι φοίνικες πε-45 φυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, οἱ πλεῦνες αὐτῶν καρποφό-ροι, ἀν τῶν καὶ στίλα καὶ οῖνον καὶ μελι ποιεῦνται· τούς συκέεων τρόπον θεραπεύουσι τά τε ἀλλα, καὶ φοί-νικων τοὺς ἔρσενας Ἑλλήνες καλεῦσι, τούτων τὸν 50 καρπὸν περιδέουσι τῆσι βαλανηθόροισι τῶν φοίνικων, ἵνα πεπιλήν τέ σφι διψή τὴν βάλανον ἐσδύνων καὶ μὴ ἀπορρέη δι καρπὸς τοῦ φοίνικος· ψῆνας γάρ δὴ φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες κατά περ οἱ δλυνθοί.
- 55 CXCIV. Τὸ δὲ ἀπάντων θῶμα μέγιστὸν μολ ἐστι τῶν ταύτη μετά γε αὐτὴν τὴν πόλιν, ἔρχομαι φράσων.

distributa. (2) Jam quum in anno duodecim sint menses, per quattuor menses alit eum Babylonia terra; per octo reliquos menses, tota reliqua Asia. Ita Assyria haec terra tertiam partem possidet opum totius Asiae: (3) et praefectura hujus regionis (Satrapias Persae vocant) omnium praefectorum longe est praestantissima; quandoquidem Tractantachmae, Artabazi filio, cui hic districtus a rege commissus erat, quotidie redibat artaba pecunia repleta: est autem artaba mensura Persica, capiens medium Atticum cum tribus chenicibus Atticis. Equos autem ibidem rex suum in usum alebat, exceptis his qui ad bellum usum erant destinati, admissarios quidem octingentos, equas autem, quibus illi admittebantur, decies sexies mille; nam singuli mares vicenis feminis admittebantur. (4) Canum autem Indicorum tanta alebatur multitudo, ut quattuor essent ampli vici in planicie siti, aliorum tributorum immunes, quibus hoc injunctum erat, ut canes illos alerent. Has opes possidebat is, qui Babylonii imperabat.

CXCIII. In agro Assyriaco pluit quidem aliquantulum, et hoc est ex quo radix frumenti primum capit nutrimentum; dein vero ex fluvio irrigata seges augetur, et maturescit triticum, non quod fluvius ipse, sicut in Egypto, arva inundet, sed manibus hominum et tollenenibus haec irrigantur. (2) Est enim tota Babylonia terra fossis discessis: quarum fossarum maxima, orienti liberno obversa, navibus trahicuntur; influit autem ex Euphrate in aliud flumen, Tigrin, ad quem Ninus urbs aedificata erat. (3) Est autem haec regio omnium, quas quidem novimus, longe fertiliissima ferendo cereali frumento. Nam alias fruges ex arboreis ne conatur quidem proferre, nec sicut, nec vi-tem progignens, nec oleam. Sed cereal frumento propignendo ita opportunum solum est, ut ducena plerunque reddat: quando vero plurimum, etiam tricena proferit. (4) Folia autem tritici atque hordei quattuor admodum digitorum latitudinem habent. Ex milio et sesamo quantae magnitudinis arbor existat, bene equidem cognitum habens, commemorare nolo; satis gnarus, eos qui Babyloniam terram non adierunt, ne his quidem, quas de aliis frumentis generibus dicta sunt, fidem ullam exhibituros. Oleo non utuntur, nisi quod e sesamo paratur. (5) Palmas vero arbores habent, per totam planitatem plantatas; quarum pleraque frugiferæ sunt, e quibus et cibum et vinum et mel parant. Haec arbores colunt sicutum more, quum aliis rebus, tum quod muscularum quas Graeci vocant palmarmum fructum glandiferis palmis circumligant, quo glandem maturet colex sese insinuans, nec decidat fructus palmæ. Nam culices in suo fructu generant musculara palmæ, similiiter ut apud nos capriscorum grossi.

CXCIV. Quod vere eorum quae sunt in illa regione, post ipsam quidem ur, maxime mihi mirabile visum

Τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ἔστι τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν πορεύμενα ἐξ τὴν Βαθυλῶνα ἐόντα χυκλοτερέα πάντα σχύτινα. (2) Ἐπεδὲ γὰρ ἐν τοῖσι Ἀρμενίοισι τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι νομέας ἵτες ταμόμενοι ποιήσωνται, περιτείνουσι τούτοισι διφθέρας στεγαστρίδας ἔξωθεν ἐδάφεος τρόπου, οὔτε πρύμνην ἀποχρίνοντες οὔτε πρώρην συνάγοντες, ἀλλ' ἀσπίδος τρόπου χυκλοτερέας ποιήσαντες καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον τοῦτο ἀπίεισι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρειον σῆναι, φρεσίν τὴν πλήσαντες· μάλιστα δὲ βίκους φονικῆιον κατάγουσι οἶνον πλέοντας. (3) Ἰδούνται δὲ ὑπὸ τὸ δύο πλήκτρων καὶ δύο ἀνδρῶν ὅρθιον ἐστεῶταν, καὶ δὲ μὲν ἔσω ἔλει τὸ πλήκτρον, δὲ ἔξω ὥδει. Ποιέεται δὲ καὶ κάρτα μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα καὶ ἐλάστων τὰ δὲ μέγιστα αὐτῶν καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει. (4) Ἐν ἔκαστῳ δὲ πλοίῳ ὅνος ζωδὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι μέσοις πλεῦνες. Ἐπεδὲ ὃν ἀπίκωνται πλώστες ἐξ τὴν Βαθυλῶνα καὶ διαθένονται τὸν φόρτον, νομέας μὲν τοῦ πλοίου καὶ τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπ' ὃν ἐκτίθενται, τὰς δὲ διφθέρας ἀπισάζαντες ἐπὶ τοὺς ὅνος ἀπελαύνουσις ἐς τοὺς Ἀρμενίους. (5) Ἄντα τὸν ποταμὸν γὰρ δή, οὐκ οἴτα τέ ἔστι πλόειν οὐδὲν τρόπῳ ὑπὸ τάχεος τοῦ ποταμοῦ· διὸ γὰρ ταῦτα καὶ οὐκ ἔξι λων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἔχει διφθερέων. (6) Ἐπειδὲ δὲ τοὺς ὅνος ἐλαύνοντες ἀπίκωνται δύπισι ἐς τοὺς Ἀρμενίους, ἀλλὰ τρόπῳ τῷ αὐτῷ ποιεῦνται πλοῖα. Τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐτοῖσι ἔστι τοιაῦτα.

CXCV. Ἐσθῆτη δὲ τοιῆσται χρέονται, κιθῶνι ποδηνεκτῆ λινέων· καὶ ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρίνεον κιθῶνα ἐπεύνεται καὶ γλαυδίον λευκὸν περιβάλλόμενος, ὑποδήματα ἔγων ἐπιτύρων, παπαλήσια τῆς Βοωτήρης ἐμβάσι. Κομέοντες δὲ τὰς κεφαλὰς μίτρησι ἀναδέονται, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα. (2) Σφρηγίδος δ' ἔκαστος ἔχει καὶ σκῆπτρον χειροποίητον· ἐπ' ἔκαστῳ δὲ σκῆπτρῳ ἐπεστι πεποιημένον ἡ μῆλον ἢ ρόδον ἢ κρίνον ἢ αἰετός ἢ φλο τι· ἔνει γὰρ ἐπισήμου οὐ σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον. Αὕτη μὲν δή σφι ἀρτιστικέρη τὸ σῶμα ἔστι.

CXCVI. Νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὕδε κατεστέχουσι· δὲ μὲν συρώτατος δόθε κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην, τῷ καὶ τοῦ Ἰλλυριον Ἐνετούς πυνθάνομαι χρέοσθαι. Κατὰ κόμμας ἔκαστας ἄπαξ τοῦ ἔτεος ἔκαστον ἐποιεῖτο τάδε. (2) Ήτος ἀν αἱ παρθένοι γνοίσατο γάμουν ὥραιτι, ταῦτας ἔνων συναγαγούσειν πάσας, ἐς ἐν χωρίον ἐσάγεσκον ἀνέλαες, πέριξ δὲ αὐτὰς ἴστατο δύμιλος ἀνδρῶν, ἀνιστὰς δὲ κατὰ τοὺς μάνης ἔκαστην κῆρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων· μετὰ δὲ, δικος αὐτῆς εὑρόσδε πολλὸν γρυσίον πρηθείη, ἀλλην ἀνέκηρυσσε ἢ μετ' ἔκεινην ἐσκε εὐειδεστάτη. Ἐπιυλέσοντα δὲ ἐπὶ συνοικήσι. (3) Οσοι μὲν δὴ ἔσκον εὐδαιμονες τὸν Βαθυλῶνας ἐπίγαμοι, ὑπεράλλοντες ἀλλήλους ἐζωνέοντο τὰς καλλιστευόσας· δοσι δὲ τοῦ διήμου ἔσκον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἴδεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἱ δὲ ἀν κρήματά τε καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον. (4) Ήτος γὰρ δὴ διεξέλθοι δικῆρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας

est, exponere adgredior. Navigia, quibus utuntur qui secundo flumine Babylonem proficisciuntur, rotunda sunt, et ex corio confecta cuncta. (2) Scilicet in Armeniis, qui supra Assyrios incolunt, ex sectis salicibus costas conficiunt: his, fundi loco, pelles extrinsecus tectorias praetendunt, nec puppim distinguentes, nec proram in angustius contrahentes, sed clypei instar rotunda facientes navigia. Tale navigium, mercibus impositis, totum stramine complent, et flumini permittunt deferendum: maxime vero dolili palmeo vino onusta devehunt. (3) Regitur autem navigis duobus remis, a duabus viris, quorum alter introrsus trahit remum, alter extrorsus pellit, uterque stans rectus. Conficiunt autem hujusmodi navigia etiam admodum magna, itemque minora: et maxima quidem onus ferunt quinque millium talentorum. (4) In quoque navigio asinus inest vivus, in majoribus plures. Postquam igitur navi Babylonem pervenerunt, mercesque distraxerunt, tum et costas navigii et stramentum venundant; pelles vero asinus imponunt, hosque retro agunt in Armeniam. (5) Nam adverso flumine navigari nullo pacto potest, propter fluminis impetum: quam ob caussam etiam non ex ligno, sed ex pellibus, conficiunt navigia. (6) Postquam asinos agitando in Armeniam redierunt, alia navigia eodem modo conficiunt. Talis igitur illis est navigiorum ratio.

CXCV. Vestimento autem utuntur hujusmodi: tunica ad podes promissa linea, cui aliam superinduunt tunicam laneam, tum candidam pænulam superne circumjiciunt. Calceamenta gestant sui moris, Bœotiis soccis fere similia. Comam alunt; mitris caput redimunt: toto corpore unguntur. (2) Annulum signatorium unusquisque gestat, et baculum arte factum: in quoque baculo superne vel malum est fabrefactum, vel rosa, vel lilyum, vel aquila, aut aliud quidpiam: nec enim illis mos est baculum absque insigni gestare. Talis igitur illis est corporis cultus.

CXCVI. Institutis vero utuntur hujusmodi. Uno quidem hoc, ut mea fert sententia, prudentissimo; quo etiam Venetos uti, Illyricum populum, fando accepi. In singulis vicis, semel quotannis, haec faciebant. (2) Virgines, quotquot viro maturè essent, congregatas simul omnes, in unum locum deducebant: ibi eas virorum circulus circumstabat. Tunc præco singulas deinceps, quamque sigillatum, in medio statuens venum exponebat; incipiens ab ea quæ omnium pulcherrima esset: deinde, hac magno aurum pretio venum data, aliam proclamabat, quæ huic venustate formæ proxima erat. Vendebantur autem hac conditione, ut matrimonio jungentur. (3) Igitur ex Babylonis nuptiarum cupidis quicumque erant locupletes, hi licitando quisque alterum superantes emebant sibi formosissimas: qui vero de plebe erant, hi formæ speciem nihil curantes, pecuniam accipiebant et virgines deformiores. (4) Nam præco, postquam speciosissimarum virgi-

τῶν παρθένων, ἀνίστα ἀν τὴν ἀμορφεστάτην ἡ εἰ τις αὐτέων ἐμπηρος ἦν, καὶ ταύτην ἀνεκήρυσσε, δοτὶς θέλοι ἔλαχιστον χρυσίον λαβὼν συνοικέειν αὐτῇ, ἐς δ τῷ τὸ ἔλαχιστον ὑπισταμένῳ προσεκέετο. Τὸ δὲ ἀν χρυσίον ἔγινετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων, καὶ οὕτω αἱ εὐμορφοὶ τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἔξεδίδοσαν. (6) Ἐκδούναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα δτεψ βουλοίτο ἕκαστος οὐκ ἔξῆ, οὐδὲ ἀνεύ ἐγγυητέω ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πρισμένον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστήσαντα ή μὲν συνοικήσειν αὐτῇ, οὕτω ἀπάργεσθαι. Εἰ δὲ μὴ συμφερόατο, ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἔκειτο νόμος. Ἐξῆν δὲ καὶ ἔξ ἀλλης ἔλθοντα κώμης τὸν βουλόμενον ὄντεσθαι. (6) Οἱ μὲν νυν κάλιστος νόμος οὗτος σφι ἦν, οὐ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἐδὺ, ἀλλοι δέ τι ἔξευράκοι νεωστὶ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀδικείοιν αὐτὰς μηδ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἄγωνται· ἐπείτε γάρ ἀλόγτες ἔκακωθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν, πᾶς τις τοῦ δήμου βίου σπανίζων καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα.

20 **CXCVII.** Δεύτερος δὲ σοφίῃ δοδε ἀλλοι σφι νόμος κατέστηκε. Τοὺς κάμινοντας ἐς τὴν ἀγορὴν ἔχορέουσι· οὐ γάρ δὴ χρέονται ἱητροῖσι. Προσιόντες δὲν πρὸς τὸν κάμινοντα συμβουλεύουσι περὶ τῆς νοῦσου, εἰ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτο ἐπαίε δοκίον ἔχει δι κάμινον, ή 25 ἀλλοι ἔδι παθόντα· ταῦτα προσιόντες συμβουλεύουσι καὶ παρινέσσι, δέσσα αὐτὸς ποιήσας ἔξέρυγε διοίνην νοῦσον ή δλλοι ἔδε ἔχρυγόντα. Σιγῇ δὲ παρεξελθεῖν τὸν κάμινοντα οὐ σφι ἔξεστι, πρὶν δὲν ἐπείρηται ἥντινα νοῦσον ἔχει.

30 **CXCVIII.** Ταφαὶ δὲ σφι ἐν μέλιτι, θρῆνοι δὲ παραπλήσιοι τοῖσι ἐν Αἰγύπτῳ. Όσάκις δὲ ἀν μιχθῆ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνήρ Βασιλώνος, περὶ θυμίμα καταγκόμενον ήσει, ἑτέρωθι δὲ ή γυνὴ τῶντὸ τοῦτο ποιέει. Ὁρθροῦ δὲ γενομένου λοῦνται καὶ ἀμφότεροι· ἄγγεος γάρ οὐδενὸς ἀφονται πρὶν δὲν λούσωνται. Ταῦτα καὶ Ἀράδιοι ποιεῦσι.

CXCIX. Όδε δὴ αἰσχιστος τῶν νόμων ἐστὶ τοῖσι Βασιλωνίσι δοδε. Δεῖ πᾶσαν γυναικα ἐπιχωρίην ἴσομένην ἐς ἥρδαν Ἀφροδίτης ἀπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιγθῆναι ἀνδρὶ ξενιώ. (2) Πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῆσι ἀλλησι οἵα πλούτῳ ὑπερρροέουσαι, ἐπὶ ζευγέων ἐκ καμάρῃσι ἔλάσσασαι πρὸς τὸν ἑστέσι, θεραπητὴ δέ σφι διποιθε ἐπεται πολλή. (3) Αἱ δὲ πλευνες ποιεῦσι δοδε. Ἐν τεμένει Ἀφροδίτης κατέσταται 45 στέφανον περὶ τῆσι κεφαλῆσι ἔχουσαι θώμαγγος πολλαὶ γυναικες· αἱ μὲν γάρ προσέρχονται, αἱ δὲ ἀρπέργονται· σχοινοτενέες δὲ διέσοδοι πάντα τρόπον δόδων ἔχουσι διὰ τῶν γυναικῶν, δι' ὧν οἱ ξενιοὶ διεξιόντες ἔκλεγονται. (4) Ηνθα ἐπεάν ἥγηται γυνὴ, οὐ πρότερον 50 ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οὐκία ἢ τίς οἱ ξενιοὶ ἀργύριον ἐμβαλλον ἐς τὰ γούνατα μιχθῇ ἔξω τοῦ ἥρου. (5) Ἐμβαλόντα δὲ δεῖ εἶπαι τοσόνδε, « ἐπικαλέω τοι τὴν θεὸν Μύλιττα· » Μύλιττα δὲ καλεῦσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. Τὸ δὲ ἀργύριον μέγαθος ἐστι δσονῶν· οὐ γάρ

num peregerat venditionem, tum vero deformissimam excitabat, aut si qua illarum manca esset, et hanc proclamabat quis vellet, accepto minimo auri pondere, in matrimonium ducere; et, qui minimo se contentum fore declarasset, ei haec tradebatur. Aurum autem conficiebatur a formosioribus virginibus: atque ita formosiores elocabant deformes et mancas. (5) Nemini autem licitum erat, filiam suam cui ipse vellet in matrimonium dare: neque emptori absque fidejussore domum ducere virginem licebat; sed dat, prae spondere quisque tenebatur, in matrimonium se eam utique accepturum, et sic demum abducere secum licebat: si sibi mutuo non convenissent, lege cantum erat ut pecu niam acceptam sponsus representaret. Licitum vero etiam erat homini, qui ex alio vico adfuisse, aliquam ex virginibus, si quam vellet, sibi emere. (6) Hoc igitur pulcerimum institutum apud eos olim valebat. At nunc quidem non amplius est in usu: sed recens aliud quiddam invenerunt, ne injuria adficerentur filiae aut in aliam civitatem abducerentur: ubi capta urbe malis premi cooperunt, resque eorum perdite sunt, quilibet homo de plebe, inopia victus laborans, filias suas ad questum corpore faciendum adigit.

CXCVII. Alio, post istud, prudenti instituto utuntur hocce. Αἴγροτοι in forum publicum exportant; medicis enim non utuntur: ibi accedunt ad aegrotum, cique de curando morbo consulunt, si quis vel eodem morbo, quo ille, oīm laboravit, aut alium vidi laborantem. Adeuntes igitur consulunt huic ea suadentque, quibus quisque remedii adhibitis vel ipse morbum evaserat, vel alium vidit evasisse. Silentio vero praeterire aegrotum nemini licet, quin eum interrogaverit quonam morbo laboret.

CXCVIII. Mortuos melle condunt. Luctus funebres, Αἴγρηsi similes. Quoties cum uxore sua concubuit vir Babylonius, incenso thuri adsidet, et ex alia parte idem facit mulier: tum, ubi illucescit, lavantur ambo; nullum enim vas tangunt priusquam se abluerint. Idem institutum Arabes sequuntur.

CXCIX. Est autem institutorum, quibus Babylonii utuntur, turpissimum hocce. Quamlibet indigenam mulierem oportet, in Veneris templo sedentem, semel in vita cum peregrino viro consuetudinem habere. (2) Multae igitur, deditantes ceteris se immiscere mulieribus, quippe diuītiis superbientes, plaustris vectae in camaris stant ad templum, et ingens illas famularum numerus sequitur. (3) Pleraque autem hoc modo faciunt. In septo Veneri consecrato sedent corona funiculi modo torta caput redimitæ mulieres numero multæ; aliae enim adveniunt, aliae abeunt. Sunt autem per medias mulieres transitus viarum ad linéam quaquaversum directi, quibus transeuntes viri sequunt quas volunt. (4) Ibi postquam consedit mulier, non prius domum abit, quam peregrinorum quispiam, pecunia in sinum conjecta, cum ea extra sanum concubuit. (5) Qui pecuniam ei projicit, is compellare eam his verbis debet: « Mylitta deam, ut tibi adsit, precor. » Mylitta autem Venerem vocant Assyri. Pecunia vero quantulacumque

μὴ ἀπώσηται· οὐ γάρ οἱ θέμις ἔστι· γίνεται γάρ ἵρὸν τοῦτο τὸ ἀργύριον. (6) Τῷ δὲ πρώτῃ ἐμβαλόντι ἔπειται, οὐδὲ ἀποδοκιμᾶς οὐδένα. Ἐπεὰν δὲ μιχθῆ, ἀποιωσαμένη τῇ θεῷ ἀπαλλάσσεται ἐξ τὰ οἰκία, καὶ τὸ πόδι τούτου οὐκ οὔτω μέγα τί οἱ δώσεις ὡς μιν λάμψει. (7) "Οσαι μὲν νυν εἴδεος τε ἐπαυμέναι εἰσὶ καὶ μεγάθεος, ταχὺν ἀπαλλάσσονται, δσαι δὲ ἀμορφοὶ αὐτῶν εἰσὶ, γρόνον πολλὸν προσμένουσι οὐ δυνάμεναι ὃν νόμον ἔκπλήσσαι· καὶ γὰρ τριέτεα καὶ τετράτεα οὐ μετεξέπερται χρόνον μένουσι. Ἐνισχῆ δὲ καὶ τῆς Κύπρου ἐστὶ παραπλήσιος τούτῳ νόμος.

CC. Νόμοι μὲν δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὗτοι κατεστάσι, εἰσὶ δὲ αὐτῶν πατριαὶ τρεῖς αἱ οὐδὲν ἄλλο σιτέονται εἰ μὴ ἡγεμοναῖς μαδūν, τοὺς ἐπείτε ἀνθηρέουσας τοῦ Σύρου, ποιεῦσι τάδε ἐσβάλλουσι εἰς θλιμον, καὶ λεήναντες ὑπέροισι σῶσι διὰ σινδόνης, καὶ δὲ μὲν ἀνθηράται αὐτῶν, δὲ μᾶκαν μαζάμενος ἔχει, δὲ ἄρτου τρόπου δητήσας.

CCI. Ὡς δὲ τῷ Κύρῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος κατέρπι γαστο, ἐπειθύμησε Μασσαρέτας ὑπ' ἑωυτῷ ποιῆσασθαι. Τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο καὶ μέγα λέγεται εἶναι καὶ ἀλκιμον, οἰκημένον δὲ πρὸς ἥδον τε καὶ ἥλιον ἀνατολάς, πέρην τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰστηρόνων ἀνδρῶν. Εἰσὶ δὲ οἵτινες καὶ Σκυθικὸν λέγουσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι.

CCII. Ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἰστρου. Νήσους δὲ ἐν τῷ Λέσβῳ μεγάθει παραπλησίας συχνάς φασι εἶναι, ἐν δὲ αὐτῇσι ἀνθρώπους οἱ σιτέονται μὲν ῥίζας τὸ θέρος δρύσιν συντες παντοίας, καρποὺς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἔχευρημένους σφι ἐς φορδήν κατατίθεσθαι ὥραιούς, καὶ τούτους σιτέονται τὴν γειμερινήν. (2) Ἀλλὰ δέ σφι ἔχευρῆσθαι δένδρα καρπούς τοιούσδε τινάς ζέροντα, τοὺς ἐπείτε ἀνέστησι τούτῳ συνέλθωσι κατὰ ἔλας καὶ πῦρ ἀνατελλούσι κακούς τοῦ καρποῦ τοῦ ἐπιβαλλομένου δὲ καταγιζομένου τοῦ καρποῦ τοῦ ἐπιβαλλομένου μεθύσκεσθαι τῇ ὅδηγῃ κατὰ περ Ἐλληνας τῷ οἴνῳ, πλεῦνος δὲ ἐπιβαλλομένου τοῦ καρποῦ μᾶλλον μεθύσκεσθαι, ἐς δὲ δρυγούν τε ἀνίστασθαι καὶ ἐς τὸ οἰδήν ἀπικνέσθαι. (3) Τούτων μὲν αὐτῇ λέγεται δίαιτα εἶναι. Ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει μὲν ἐκ Ματιηνῶν, θένει περ δ Γύνδης, τὸν δὲ τὰς διώρυχας τὰς ἔντοντά τε καὶ τριηκοσίας διέλαθε δούρος, στόματοι δὲ ἔξεργυται τετσεράκοντα, τῶν τὰ πάντα πλὴν ἐνὸς ἐς τὸν ἔλεα τε καὶ τενάγεα ἔκδοδοι, ἐν τοῖσι ἀνθρώπους κατοικησθαι λέγουσι ἡγεμονὸς σιτεομένους, ἐσθῆται δὲ νομίζοντας χρῆσθαι φωκέων δέρματι. (4) Τὸ δὲ ἐν τῶν στομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει διὰ καθαροῦ ἐς τὴν Καστίην θάλασσαν. Ἡ δὲ Καστίη θάλασσα ἔστιν ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. Τὴν μὲν γὰρ Ἐλληνες ναυτίλλονται πάσταν, καὶ ἡ ἔξω στηλέων θάλασσα ή Ἀτλαντὶς καλευμένη καὶ ή Ἐρυθρὴ πλατυγάνει ἐσύστα.

CCIII. Ἡ δὲ Καστίη ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυτῆς, ἐσύστα

suerit, mulier eam non rejecerit : nam nefas hoc ei est; fit enim sacra pecunia. (6) Sequitur igitur eum qui primus pecuniam projicit, nec enim illum repudiat. Postquam vero cum illo rem habuit et religioni deæ satisfecit, domum abit : ab eoque tempore, quantumcumque sit quod ei offerat, non poteris rem cum ea habere. (7) Quæ igitur speciosas sunt forma prædictæ et statuta, ex cito redeunt : quæ vero deformes, multum manent temporis, priusquam legi possint satisfacere; manent enim nonnullæ ad tres et quatuor annos. Obtinet autem alicubi etiam in Cypro simile institutum.

CC. Sed de institutis Babyloniorum hæc hactenus. Sunt autem inter illos tres familæ sive tribus, quæ nulla re alia nisi piscibus vescuntur. Hos illi postquam ceperunt, siccant ad solem, deinde tali modo parant : in mortarium conjectos, et pistillis contusos, per sindonem tamquam cribro incernunt. Tum, qui his vesci cupit, vel tamquam mazam subigit, vel coquit veluti panem.

CCI. Jam Cyrus, hoc etiam subactio populo, incessit cupidio Massagetas sub potestatem suam redigendi. Populus hic et magnus dicitur esse et validus, habitans versus orientem solem trans Araxen fluvium, ex adverso Issedonum. Aiuntque etiam nonnulli, esse Scythicum hunc populum.

CCII. Araxes autem ab aliis major, ab aliis minor esse perhibetur Istro : esse autem in illo aiunt insulas frequentes, Lesbi fere magnitudine. In his habitare homines, qui æstate radicibus vescantur cuiusque generis, quas e terra effodiunt; fruges autem arborum, quas reperiunt, in cibum seponant maturas, eisque vescantur per hiemem. (2) Reportas autem ab his etiam esse alias arbores, hujusmodi fructus ferentes, quos catervatim congressi, accensoque igni circumsedentes, in ignem conjiciant, tum olfacentes fructum in igne ardente, odore inebriantur, periade atque Græci vino : majore vero copia injecto fructu, magis inebriari; denique ad saltandum surgere, et ad canendum progredi. (3) Talem his esse vitæ rationem narrant. Fluit autem Araxes ex Matianis, indidem atque Gyndes ille quem in trecentos sexaginta fossas Cyrus diduxit. Erumpit autem ex quadraginta orificiis, quæ omnia, uno excepto, in paludes et lacunas exirent, quibus in palubibus habitare aiunt homines crudis piscibus vescentes, et pro vestimento pellibus utentes phocarum. (4) Unus ille, quem dixi, alveorum Araxis nullo obstante impedimento in Caspium mare influit. Existit autem Caspium mare seorsum per se, et cum reliquo mari non miscetur. Nam et totum quod Græci navigant mare, et quod est extra columnas, quæ Atlanticum vocatur, et Erythræum, hæc omnia unum sunt mare et continuum.

CCIII. Caspium vero aliud est, ab illo disjunctum.

μῆκος μὲν πλόου εἰρεσίη γρεωμένῳ πεντεκαίδεκα ἡμέραιν, εῦρος δὲ, τῇ εὐρυτάτῃ ἐστὶ αὐτὴ ἔωστῆς, δικτὸν ἡμερέων. Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἐσπέρην φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης δι Καύκασος παρατείνει, ἐνοπούρεων τε καὶ πλήθει μέγιστον καὶ μεγάθει ὑψηλότατον. (2) Εἴθεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ πάνται ἐν ἔωστῷ ἔχει δι Καύκασος, τὰ πολλὰ πάντα ἀπὸ Ὄλης ἀγρίνης ζῶντα· ἐν τοῖς καὶ δένδρεα φύλλα τοιῆσδε ἴδεης παρεχόμενα εἶναι λέγεται, τὰ τρίβοντά τε καὶ παραμισούντας τὸν ὄρον ζῆται ἔωστος ἐξ τὴν ἐσθῆτα ἐγγράφειν τὰ δὲ ξῆται οὐκ ἐκπλύνεσθαι, ἀλλὰ συγχαταγράσκειν τῷ ἀλλῷ εἰρίῳ κατά πέρ ἐνυφανέντα ἀρχήν. Μίζιν δὲ τούτων τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα κατά πέρ τοῖς προσβάτοις.

15. CCIV. Τὰ μὲν δὴ πρὸς ἐσπέρην τῆς θαλάσσης ταύτης τῆς Κασπίης καλεομένης δι Καύκασος ἀπέργει, τὰ δὲ πρὸς ἥδι τε καὶ ἥδιον ἀνατέλλοντα πεδίον ἐκδέκεται πλήθις ἀπειρονί ἐπὶ ἄποιν. Τοῦ δὲ πεδίου τοῦ μεγάλου οὐκ ἐλαχίστην μοιραν μετέχουσι οἱ Μασσαγέται, ἐπ' οὓς δι Κύρος ἔσχε προθυμίην στρατεύσασθαι. (2) Πολλά τε γάρ μιν καὶ μεγάλα τὰ ἐπαειροντα καὶ ἐποτρύνοντα ἦν, πρῶτον μὲν ἡ γένεσις, τὸ δοκεῖν πλέον τι εἶναι ἀνθρώπου, δεύτερα δὲ ἡ εὐτυχίη ἡ κατὰ τοὺς πολέμους γενομένη· δικῇ γάρ Ἰδύσει στρατεύεσθαι Κύρος, ἀμήκανον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος διαφυγέειν.

CCV. Ἡν δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος γυνὴ τῶν Μασσαγετῶν βασιλεῖα· Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα. Ταύτην πέμπτων δι Κύρος ἐμνήστο τῷ λόγῳ, θέλων γυναῖκα ἣν ἔχειν. Ἡ δὲ Τόμυρις συνιεῖσα οὐκ αὐτὴν μιν οὐ μνημένον, ἀλλὰ τὴν Μασσαγετῶν βασιλήην, ἀπεπτατο τὴν πρόσδοπον. (2) Κύρος δὲ μετὰ τοῦτο, ἃς οἱ δισλιῷ οὐ προεχώρεε, ἐλάσας ἐπὶ τὸν Ἀράξεα ἐποιέστο ἐκ τοῦ ἐμφανούς ἐπὶ τοὺς ποταμοῦ διάβασιν τῷ στρατῷ, καὶ πύργους ἐπὶ πλοίοιν τῶν διαπορθμευόντων τὸν ποταμὸν οἰκοδομεόμενος.

CCVI. Ἐχοντι δέ οἱ τούτον τὸν πόνον πέμψασα ἡ Τόμυρις κήρυκα ἔλεγε τάδε, « Ὁ βασιλεὺς Μῆδων, παῦσαι στεύδων τὰ στεύδεις· οὐ γάρ ἀν εἰδείης εἰ τοι ἐξ τοι καρὸν ἔσται ταῦτα τελεύμενα· παυσάμενος δὲ βασίλευε τοῖν σεωτοῦ, καὶ ἡμέας ἀνέχειν δρέων ἀργοντας τὸν περ ἄρχομεν. (2) Οὐκ ὅν ἔνελήσεις ὑποθήκησι τησίδε γρέσθαι, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ἢ δι' ἡσυγίης εἶναι. Σὺ δὲ εἰ μεγάλως προθυμέει Μασσαγετῶν πειρηθῆναι νυνὶ, φέρε, μόχθον μὲν τὸν ἔχεις ζευγνύντο ποταμὸν ἀπει, σὺ δὲ ἡμέων ἀναχωρησάτων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερέων δδὸν διάβαινε ἐξ τὴν ἡμετέρην. Εἰ δὲ ἡμέας βούλειται ἐσδέξασθαι μᾶλλον ἐξ τὴν ὑμετέρην, σὺ τώτῳ ποίεε. » (3) Ταῦτα δὲ ἀκούσας δι Κύρος οι συνεχάλεσε Περσέων τοὺς πρώτους, συναγέρας δὲ τούτους ἐξ μέσον σφι προετίθει τὸ πρῆγμα, συμβουλευόμενος δικότερα ποιέη. (4) Τῶν δὲ κατὰ τώτῳ αἱ γνῶμαι συνεξέπιπτον, καλεούντων ἐσδέκεσθαι Τόμυριν τε καὶ τὸν στρατὸν αὐτῆς ἐξ τὴν χώρην.

longitudinem habens navigationis dierum quindecim, navi remis agitata; latitudinem, ubi latissime patet, octo dierum. Et ei quidem parti hujus maris quae ad occidentem spectat, Caucasus mons prætenditur, montium omnium et amplissimus et altissimus. (2) Populos autem multos et multiplicis generis in se comprehendit Caucasus; quorum plerique fructibus silvestrium arborum arbustorumque vitam sustentant. In his aiunt esse arbores, folia hujusmodi serentes, quibus contritis, admixta aqua, varias in vestimentis figuræ pingant; easque figuræ non elui, sed cum reliqua lana senescere, ac si initio intextæ fuissent. Concubitum autem horum hominum in propatulo fieri aiunt, veluti pecudum.

CCIV. Occidentalem igitur plagam hujus maris, quod Caspium vocatur, Caucasus mons includit: versus auroram vero et orientem solem excipit planities, immensæ amplitudinis prospectu: cuius amplæ planitiae haud minimam partem tenebant hi Massagetae, quos Cyrus bello adgreli studiose parabat. (2) Fuerunt autem multæ res magnæaque, quae ad hoc bellum illum excitaverant atque stimulaverant. Primum quidem, ipsius ortus, quo siebat ut aliquid amplius quam hominem se esse existimaret: tum vero felicitas, qua in bellis usus erat; nam quocumque arma sua Cyrus direxisset, nullo pacto fieri poterat ut ea gens vim illius effugeret.

CCV. Erat ea tempestate Massagitarum regnum penes feminam, quam mortuus rex viduam reliquerat: Tomyris reginæ nomen fuit. Haec Cyrus, missis legatis, voluit sibi, ut aiebat, despondere, cupiens in matrimonio habere. At Tomyris intelligens, non se, sed regnum ambiri Massagitarum, aditu illi interdixit. (2) Post hæc Cyrus, ut dolo res ei non successit, exercitu ad Araxen ducto, aperto bello Massagetas adortus est, fluvium pontibus jungens, quibus traduceret copias, et turres in navigiis ædificans, quibus pars copiarum transvehetur.

CCVI. Qui dum his rebus occupatur, mittit ad eum Tomyris caduceatorem, qui reginæ verbis hæc Cyro diceret: « O rex Medorum, desine urgere quæ tu urges: nec enim nosti an tuo commodo sit futurum ut hæc perficiantur. His vero omissis, regna in tuis, et patere ut nos videas regnare apud hos quibus imperamus. (2) Noles autem meis monitis uti; immo quidlibet potius, quam quietem agere, voles. Quodsi ergo vehementer cupis pugnae discri- men cum Massagetis experiri; age, omisso labore quem jungendo flumini impendis, ingredere nostram terram: nos interim trium dierum itinere a fluvio recedemus. Sin malueris nos in vestram recipere, tu similiter fac. » (3) His auditis Cyrus, convocatis Persarum primatibus, rem in medium proposuit, una cum eis deliberaturus quidnam facere debeat. (4) Quorum cunctorum sententiae in hoc consentiebant, ut illum juberent Tomyrin ejusque exercitum in suam regiam recipere.

CCVII. Παρεύν δὲ καὶ μεμφόμενος τὴν γνώμην ταῦτην Κροίσος ὁ Λυδὸς ἀπεδείκνυτο ἐναντίν τῇ προκειμένῃ γνώμῃ, λέγων τάδε, « ὡς βασιλεῦ, εἴπα μὲν καὶ πρότερόν τοι δτὶ ἐπεί με Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ ἀνδρεῖον στράλμα ἐὸν οἰκὼν τῷ σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν· τὰ δὲ μοι παθήματα ἔοντα ἀχάριτα μαθήματα γέγονε. (2) Εἰ μὲν ἀθάνατος δοκεῖς εἶναι καὶ στρατῆς τοικύτης ἀρχεῖν, οὐδὲν ἂν εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμὲ σοὶ ἀποφαντίσθαι· εἰ δὲ ἔγνωκας δτὶ ἀνθρώπος καὶ σὺ εἰς τὸν καὶ ἑτέρων τοιῶνδε ἀρχεῖς, ἔκεινο πρώτον μάθε, ὡς κύριος τῶν ἀνθρωπῶν ἐστὶ πρηγμάτων, περιφερόμενος δὲ οὐκ ἐξ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. (3) Ἡδη δὲν ἔγω γνώμην ἔχω περὶ τοῦ προκειμένου πρῆγματος τὰ ἐμπαλιν ἂν οὖτοι. Εἰ γάρ ἔθελήσουμεν ἐσδέξασθαι τὸν πολεμίους ἐς τὴν γάρην, ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κινδύνος ἔνι. (4) Ἐσσωθεὶς μὲν προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν· σῆλχ γὰρ δὴ δτὶ νικῶντες Μασσαγέται οὐ τὸ ὄπίσω φεύζονται, ἀλλ' ἐπ' ἀργάς τὰς σάς θῶσι· νικῶν δὲ οὐ νικᾶσι τοσοῦτον δσον εἰ διαβάλεις ἐς τὴν ἔκείνων, τὸν νικῶν Μασσαγέτας, ἔποιο φεύγουσι· τῶντὸ γάρ ἀντιθήσω ἔκείνων, δτὶ νικῆσας τοὺς ἀντιούμενους ἐλάξιον τῆς ἔργης τῆς Τομύριος. (5) Χωρίς τε τοῦ ἀπτηγμένου αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἀνασχετὸν Κῦρόν γε τὸν Καμβύσεω γυναικὶ εἴζαντα ὑποχωρῆσαι τῆς χώρης. Νῦν ὥν μοι δοκεῖς διαβάλλεις τὰς προειθεῖν δσον ἂν ἔκεινοι διεῖσι, ἐνθεῦτεν δὲ τάδε ποιεῦντας πειράσθαι ἔκείνων περιγενέσθαι. (6) Οὓς γάρ ἔγω πυνθάνομαι, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἀπειροὶ καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες· τούτοισι δὲ τοῖς τοικύτης ἀνδράσι τῶν προβάτων ἀφειδέως πολλὰ κατακύττωνται καὶ σκευάσαντας προθεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ ἡμετέρῳ δαῖτα, πρὸς δὲ καὶ κρητῆρας ἀφειδέως οἷνοι ἀκρήτου καὶ σιτία παντοῖα· ποιήσαντας δὲ ταῦτα, ὑπολειπούμενος τῆς στρατῆς τὸ φλαυρότατον, τὸς λοιποὺς αὐτὶς ἔξαναχωρέειν ἐπὶ τὸν ποταμὸν. (7) Ἡν γάρ ἔγω γνώμης μὴ διμάρτω, ἔκεινοι ἰδόμενοι ἀγαθὲς πολλὰ τρέφονται τε πρὸς αὐτὰ καὶ ἡμῖν τὸ ἐνθεῦτεν λείπεται ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων. »

CCVIII. Γνῶμαι μὲν αὗται συνέστασαν, Κῦρος δὲ μετεῖ τὴν προτέρην γνώμην, τὴν Κροίσου δὲ ἐλόμενος, τὸ προηγόρευε Τομύρι ἔξαναχωρέειν ὡς αὐτοὺς διαβάσουμένου ἐπ' ἔκείνην. (2) Η μὲν δὴ ἔξανεχώρεες κατὰ ὑπέσχετο πρώτα· Κῦρος δὲ Κροίσον ἐς τὰς χειρας ἐσθεῖς τῷ ἑωτοῦ παιδὶ Καμβύση, τῷ περ τὴν βασιλήτην ἐδίδου, καὶ πολλὰ ἐντειλάμενός οἱ τιμᾶν τε αὐτὸν καὶ εἰς ποιέειν, ἢν δὲ διαβάσας ἡ ἐπὶ Μασσαγέτας μὴ ὀρθῶθῇ, ταῦτα ἐντειλάμενος καὶ ἀποστείλας τούτους ἐς Πέρσας αὐτὸς διέβαινε τὸν ποταμὸν καὶ δ στρατὸς αὐτοῦ.

CCIX. Ἐπείτε δὲ ἐπεραιώθη τὸν Ἀράξεα, νυκτὸς ἐπελθούσῃς εἶδε ὄψιν, εῦδων ἐν τῷν Μασσαγετέων τῇ χώρῃ, τοικύδε. Ἐδόκεε δὲ Κῦρος ἐν τῷ ὑπνῷ δρᾶν τῶν Υστάσπεος παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὅμων πτέρυγας, καὶ τούτων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. (2) Υστάσπεῖ δὲ

CCVII. At consilio quum interesset Croesus Lydus, hanc ille sententiam improbans, contrariam proposituit, his usus verbis: « O rex, jam alias tibi professus sum, quoniam me Juppiter tibi in manus tradidit, si quem video casum domini tuae impendere, pro viribus me illum aversurum. Quae mihi acciderant tristia, documenta mihi fuere. (2) Quodsi immortalis existimas esse, et exercitu imperare immortali, nil opus fuerit me meam tibi sententiam declarare: sin te et hominem esse intelligis, et hominibus imperare; illud primum cogita, orbem quemdam esse rerum humanarum, qui dum convertitur, non sinit eosdem semper esse felices. (3) Jam igitur ego de re proposita contra, quam hi, sentio. Si enim hostes voluerimus in nostram recipere terram, hoc tibi in ea re periculum inest: (4) si inferior discresseris, simul universum regnum perdes; manifestum est enim, victores Massagetas non retro fugituros, sed in tua regna irrupturos: sin viceris, non tanta erit victoria, quanta si trajecto flumine viceris Massagetas, et fugientes inseparabis; nam hoc idem priori oppono, victorem te hostium continuo in medium regnum Tomyrios ducturum exercitum. (5) Sed, praeter haec quae exposui, turpe est, nec ferendum, ut Cyrus Cambysis filius, feminæ cedens, pedem referat ex regione quam occupavit. Nunc ergo mihi videtur, trajecto fluvio progreendiendum esse quantum illi recesserint, ac deinde operam dandam ut illos superes tali inita ratione. (6) Scilicet quum Massagetae, ut equidem audio, bonorum Persicorum sint insueti, et magnorum vitæ commodorū expertes; hisce hominibus, casa parataque magna pectudum copia, ad haec vini meri crateribus et farinaceis omnis generis cibarīs largiter adpositis, epulum parandum est nostris in castris; ac deinde, relicta vilissima copiarum parte, cum reliquis versus fluvium retrogradendum. (7) Nisi enim me fallit sententia, illi conspecto bonarum rerum adparatu, in has se conjicent, et nobis oblata erit magnorum edendorum sachnorum occasio. »

CCVIII. Hæ quum inter se oppositæ essent sententiae, Cyrus, repudiata priore, Croesi sententiam amplexus est, et Tomyri prædictit, ut retro cederet; se enim, trajecto flumine, illi occursum. (2) Illa igitur retro cessit, quemadmodum prius pollicita erat. Et Cyrus, postquam Croesum in manus filii sui Cambysis, cui etiam regnum reliquit, tradiderat, multisque verbis filio mandarat, ut illum in honore haberet, beneque ei faceret, si transitus in Massagetas minus prospere cessisset; hisce datis mandatis, illos remisit in Persidem, ipse vero cum exercitu flumen trajecit.

CCIX. Trajecto Araxe, prima nocte in Massagetarum terra quiescenti Cyro visum oblatum est tale. Visus sibi est per somnum conspicere filiorum Hystapis maximum natu, alas in humeris habentem, et harum altera Asiam obumbrantem, altera Europam. (2) Erat autem Hystaspis

τῷ Ἀρσάμεως, ἐόντι ἀνδρὶ Ἀγαμενίῳ, ἦν τῶν παίδων Δαρεῖος πρεσβύτατος, ἐὼν τότε ἡλικίην ἐς εἰκοσί κου μάλιστα ἔτεα, καὶ ὅτος καταλέπειπτο ἐν Πέρσῃσι· οὐ γὰρ εἶχε κωντάκην στρατεύεσθαι. (3) Ἐπεὶ ὧδη ἐξεγέρθη δὲ Κῦρος, ἐδίδου λόγον ἐνώπιον περὶ τῆς δύσιος. Ως δέ οἱ ἐδόκει μεγάλη εἶναι ἡ δύσις, καλέσας Ὑστάσπεα καὶ ἀπολαβὸν μοῦνον εἶπε, « Ὑστάσπε, παῖς σὸς ἐπιθουλεύων ἐμοὶ τέ καὶ τῇ ἐμῇ ἀρχῇ ἐάλυσε. Ως δὲ ἀτρεκέως ταῦτα οἴδα, ἐγὼ σημανέω. (4) Ἐμεῦ θεοὶ κήδονται, καὶ μοι πάντα προδεικνύουσι τὰ ἐπιφέρουμενα. » Ήδη ὧδη ἐν τῇ παροιχομένῃ νυκτὶ εὔδων εἶδον τῶν σῶν παΐδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὄψιων πτέρυγας, καὶ τούτων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπιστικάζειν. (5) Οὐκ ὧδη ἐστὶ μηχανὴ ἀπὸ τῆς δύσιος ταύτης οὐδεμίᾳ τὸ μὴ ἐκείνον ἐπιθουλεύειν ἔμοι. Σὺ τοίνυν τὴν ταχίστην πορεύεο διάσιος ἐς Πέρσας, καὶ ποιεῖς δύκως, ἐπεάν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἐλθὼ ἐκεῖ, ὡς μοι καταστήσεις τὸν παῖδα ἐς ἔλεγον. »

20 CCX. Κῦρος μὲν δοκέων Δαρείον οἱ ἐπιθουλεύειν ἐλεγε τάδε· τῷ δὲ δ δαίμων προέρχαινε ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσειν αὐτοῦ ταύτη μέλλοι, ή δὲ βασιλήν αὐτοῦ περιγωρέοι ἐς Δαρείον. (2) Λαείθεται ὧδη δὲ Ὑστάσπης τοισίδε, « Ὡς βασιλεῦ, μὴ εἴη ἀνὴρ Πέρσης οὐ γεγονὼς δοτις τοι ἐπιθουλεύει, εἰ δὲ ἐστι, ἀπόδοτο ὡς τάχιστα· διὸ ἀντὶ μὲν δούλων ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι, ἀντὶ δὲ τοῦ ἄρχεσθαι ὑπὸ ἄλλων ἄρχειν ἀπάντων. (3) Εἰ δέ τίς τοι δύσις ἀπαγγέλλει παῖδας τὸν ἐμὸν νεώτερα βουλεύειν περὶ σέο, ἐγὼ τοι παραδίδω δομηι χρέεσθαι αὐτῷ τοῦτο δ τι σὺ βούλεαι. » Ὑστάσπης μὲν τούτοισι ἀμειψάμενος καὶ διαβάς τὸν Ἀράξα ηγεῖ ἐς Πέρσας, φυλάξων Κύρῳ τὸν παῖδα Δαρείον.

CCXI. Κῦρος δὲ προελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἀράξεων ἡμέρης δόδον ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑπόθήκας. Μετὸ δὲ ταῦτα 35 Κύρου τε καὶ Πέρσεων τοῦ καθαροῦ στρατοῦ ἀπελάσαντος δύσιας ἐπὶ τὸν Ἀράξα, λειφθέντος δὲ τοῦ ἄχρητον, ἐπελθούσα τῶν Μασσαγετῶν τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ τούς τε λειφθέντας τῆς Κύρου στρατῆς ἐφόνευε ἀλεξιμένους, καὶ τὴν προκειμένην ίδοντες δαῖτα, ὡς ἔγειρον σαντο τοὺς ἐναντίους, κλιθέντες ἐδαίνυντο, πληρωθέντες δὲ φορβῆς καὶ οἴνου εὖδον. (2) Οἱ δὲ Πέρσαι ἐπελθόντες πολλοὺς μέν σφεων ἐφόνευσαν, πολλῷ δὲ ἔτι πλεῦνας ἐξώργησαν, καὶ ἀλλοὺς καὶ τὸν τῆς βασιλείης Τομύριος παῖδα στρατηγέοντα Μασσαγετέων, ει τῷ οὐνομα τὴν Σπαργαπίστης.

CCXII. « Ή δὲ πυθομένη τά τε περὶ τὴν στρατῆν γεγονότα καὶ τὰ περὶ τὸν παῖδα, πέμπουσα κήρυκα παρὰ Κῦρον ἐλεγε τάδε, « ἀπληστε αἷματος Κῦρε, μηδὲν ἐπαρθῆς τῷ γεγονότι τῷδε πορήγματι, εἰ ᾧτε λίνῳ καρπῇ, τῷ περ αὐτὸς ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω ὥστε κακιώντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμά ἐπαναπλώνειν δικτυούς κακά, τοιούτω φαρμάκῳ δολώσας ἐκράτησας πατιόδης τοῦ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ μάχη κατὰ τὸ καρτερόν. (2) Νῦν δὲ μεν εὑ παραινεσσῆς ὑπόλαβε τὸν λόγον. Ἀπο-

Arsamis filio, ex Achaemenidarum familia, filius natu maximus Darius, juvenis tunc temporis viginti maxime annorum: isque relictus erat in Perside, quippe militarem nondum habens aetatem. (3) Et somno experctus Cyrus, de oblate viso secum cogitabat. Quod quum illi magni videretur esse momenti, Hystaspem ad se vocat, remotisque arbitris ei dicit: Hystaspes! filius tuus deprehensus est mihi et meo regno insidiari: id qua ratione certo cognovim, tibi dicam. (4) Mei curam gerunt dii, mihique ante significant omnia que imminent. Nunc igitur proxima nocte per quietem vidi filiorum tuorum natu maximum alas in humeris habentem, earum altera Asiam obumbrantem, altera Europam. (5) Quod quum mihi oblatum sit visum, fieri prorsus nullo modo potest quin mihi illum insidiari intelligam. Quare tu ocyus retro proficiscere in Persidem, et fac, postquam rebus hic bene gestis illuc rediero, filium tuum mihi sistas, ut ejus caussam cognoscam. »

CCX. Hæc Cyrus dixit, ratus sibi Darium insidias strnere: at illi deus significaverat, ipsum eodem loco, ubi erat, peritum, regnumque ipsius ad Darium transitorum. (2) Hystaspes illi his verbis respondit: « O rex, ne sit is homo Persa natus, si quis tibi insidias est structurus! Sin fuerit, pereat quam primum! Tibi-ne insidiari, qui Persas ex servitute in libertatem vindicasti; et, quum aliis fuissent subjecti, fecisti ut imperent omnibus! (3) Quodsi vero visum aliquod tibi significat, filium meum res novas adversus te moliri, ego illum tibi tradam, ut de eo facias quodcumque placuerit. » Hæc postquam respondit Hystaspes, tructo Araxe in Persas profectus est, Cyro filium suum Darium custoditurus.

CCXI. Cyrus ab Araxe unius diei itinere progressus, fecit quod Cresus illum monuerat. Deinde postquam ipse, inutili copiarum parte in castris relicta, cum flore exercitus Persarum, ad Araxem regressus est, adcurrit castra invadens tertia pars exercitus Massagetarum. His eos, qui de Cyri exercitu relicti erant, repugnantes occidunt; tum, paratum conspicati epulum, superatis adversariis, ad epulandum discumbunt; denique cibo potuque repleti, sospore opprimuntur. (2) Inter hæc supervenientes Persæ magnum eorum numerum interficiunt, multo vero plures vivos capiunt, quum alios, tum reginae Tomyrios filium, ducem Massagetarum, cui nomen erat Spargapises.

CCXII. Tum illa, cognitis quæ et exercitui et filio suo acciderant, missa ad Cyrus legato hæc ei edixit: « Inexplibilis sanguine Cyre! ne utique efferraris re gesta, quod viete fructu, quo repleti vos ita insanitis, ut postquam vinum in corpus descendit, scelestis vocibus exundetis, tali veneno deceplum filium meum superasti, non justo prælio et bellica virtute vicisti. (2) Nunc ergo consilium, quod fibi bono animo profero, accipe. Redde mihi filium, et abi ex

δούς μοι τὸν παῖδα ἄπιθι ἐκ τῆς χώρης ἀζήμιος, Μασσαγετέων τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ κατυβίσας; εἰ δὲ μὴ, οὐλιον ἐπόμνυμι τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότεα, ἣ μέν σε ἔγὼ καὶ ἀπληστον ἔοντα αἴματος κορέσω. »

CCXIII. Κύρος μὲν τῶν ἐπέων οὐδένα τούτων ἀνενιγθέντων ἐποιέετο λόγον· δὲ τῆς βασιλείης Γομύριος παῖς Σπαργαπίστης, ὃς μιν δὲ τε οἶνος ἀνήκει καὶ ἔμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, δεηθεὶς Κύρου ἐκ τῶν δεσμῶν λυθῆναι ἔτυχε, ὃς δὲ ἐλύθη τε τάχιστα καὶ τῶν χειρῶν τῷ ἐκράτησε, διεργάζεται ἑωυτόν. Καὶ δὴ οὗτος μὲν τρόπῳ τοιούτῳ τελευτᾷ.

CCXIV. Τόμυρις δὲ, ὃς οἱ Κύρος οὐκ ἐστίκουσε, συλλέξασα πᾶσαν τὴν ἑωτῆς δύναμιν συνέβαλε Κύρῳ. Γάντην τὴν μάχην, δοσι δὴ βαρδάρων ἀνδρῶν μάχαις ἰσγένοντο, κρίνων ἴσχυροτάτην γενέσθαι, καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον. (2) Πρῶτα μὲν γάρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν, μετὰ δὲ, ὃς σφι τὰ βέλεα ἔξετοξευτο, συμπεσόντας τῇσι σίγημησί τε καὶ τοῖσι ἔγχειριδίοισι συνέχεσθαι. (3) Ω Χρόνον τε δὴ ἐπὶ πολλὸν συνεστάναι μαχομένους καὶ οὐδετέρους ὅθειν φεύγειν τέλος δὲ οἱ Μασσαγέται περιεγίνοντο. (4) Ή τε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς στρατιῆς αὐτοῦ ταύτη διερθάρη, καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κύρος τελευτᾷ, βασιλεύσας τὰ πάντα ἐνδεόντα τριήκοντα ἔτεα. (5) Ἀσὸν δὲ πλήσασα αἴματος ἀνθρωπήτου Τόμυρις ἐδίπητο ἐποιέετο τοῖσι τεθνεῶσι τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυν, ὃς δὲ εἴρε, ἐναπῆκε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκόν. (6) Λυμανινομένη δὲ τῷ νεκρῷ ἐπέλεγε τάδε, « σὺ μὲν ἐμὲ ζώουσάν τε καὶ νικῶσάν σε μάγη ἀπώλεσας, παῖδα τὸν ἐμὸν ἐλὼν δόλῳ· σὲ δὲ ἔγὼ, κατά περ ἡπειρησα, αἴματος κορέσω. » Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου, πολλῶν λόγων λεγομένων δύο μοι δ πιθανώτατος είρηται.

CCXV. Μασσαγέται δὲ ἐσθῆτά τε δμοίην τῇ Σκυθῇ φορέουσι καὶ διαιταν ἔχουσι, ἱππόται δέ εἰσι καὶ ἄνιπποι (ἀμφοτέρων γάρ μετέχουσι) καὶ τοξόται τε καὶ αἰγυμορόροι, σαγάρις νομίζοντες ἔχειν. (2) Χρυσῷ δὲ καὶ χαλκῷ τὰ πάντα χρέονται: δοσα μὲν γάρ ἐς αἰχμὰς καὶ ἄρδις καὶ σαγάρις, χαλκῷ τὰ πάντα χρέονται, δοσα δὲ περὶ κεφαλὴν καὶ ζωστῆρας καὶ μασχαλιστῆρας, χρυσῷ κοσμέονται. (3) Ως δὲ αὐτῶς τὸν Ἰππων τὰ μὲν περὶ τὰ στέρνα χαλκέους θώρηκας περιβάλλουσι, τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς καὶ στόμια καὶ φάλαρα χρυσῷ. Σιδήρῳ δὲ οὐδὲ ἀργύρῳ χρέονται οὐδὲν· οὐδὲ γάρ εφι ἔστι ἐν τῇ χώρῃ, δὲ χρυσὸς καὶ δ χαλκὸς ἀπλεῖτος.

CCXVI. Νόμοισι δὲ χρέονται τοιοισδέ. Γυναῖκα μὲν γαμέει ἔκαστος, ταῦτησι δὲ ἐπίκοινα χρέονται· τὸ γάρ Σκύθας φασι Ἑλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιεῦντες, ἀλλὰ Μασσαγέται· τῆς γάρ ἐπιθυμήσει γυναικεῖς Μασσαγέταις δινήρ, τὸν φαρετρεῶνα ἀποχερεμάσσας πρὸ τῆς ἀμάζης μίσγεται ἀδεῶς. (2) Οὔρος δὲ ἥλικής σφι προκέεται δῆλος μὲν οὐδεὶς· ἐπειδὲ δὲ γέρων γένηται κάρτα, οἱ προστήκοντες οἱ πάντες συνελ-

hac terra, impune ferens quod tertiam exercitus Massagetarum partem hac contumelia adfecisti. Quodsi haec nos feceris, Solem juro, dominum Massagetarum, certe me te quanvis inexplebilem, sanguine satiaturam. »

CCXIII. Horum verborum ad se relatorum nullam Cyrus habuit rationem. Reginas autem Tomyrios filius Spargapises, postquam remissa vi vini didicit quoniam in malo esset, oravit Cyrus ut vinculis solveretur, idque ei rex indulxit. At simulatque solitus erat et manum suarum potens, se ipse interemit. Et hoc vitæ exitu ille usus est.

CCXIV. Sed Tomyris, ubi ei morem non gessit Cyrus, contractis omnibus copiis, prælio cum illo conflixit. Hoc prælium, quoquot a barbaris hominibus prælia commissa sunt, equidem existimo omnium fuisse acerrimum; rem enim tali modo gestam esse accepi. (2) Primum ex aliquo spatio distantes, tela invicem conjecisse; dein, absuntis telis, concurrisse, et hastis conflixisse gladiisque; (3) atque diutius ita consertis manibus pugnasse, neutris fugam capessere volentibus. Ad extreum vero superiores Massagetas discesserunt. (4) Igitur maxima pars Persici exercitus eodem in loco est interempta, et ipse Cyrus obiit, postquam annos regnaverat undetriginta. (5) Tum Tomyris, sacco sanguine replete humano, Cyri cadaver inter oesorum Persarum stragem jussit perquiri: ubi repperit, caput ejus in saccum demisit, (6) mortuo his verbis insultans: « Tu me vivam, tuique victricem, perdidisti, qui filium meum dolo cepisti: te vero ego, sicuti minata sum, sanguine satiabo. » Quod igitur ad vitæ finem Cyri spectat, multa quidem alia diversaque narrantur, sed ista mihi maxime verisimilis visa erat narratio.

CCXV. Utuntur Massagetas et vestimento et vitæ ratione similis Scytharum. Ex equis pugnant, et pedites: nam utroque genere valent. Et arcu et hastis utuntur, bipennesque gestare consumerunt. (2) Ad omnia auro utuntur aut aere. Ad hastas, ad sagittarum cuspides, ad bipennes non nisi aere utuntur; ad capitis ornatum, et ad cingula circum lumbos et circa axillas, auro. (3) Similiter equis circa petitus æneos circumponunt thoraces: habenarum autem ornatum et frenos et phaleras ex auro habent. Argento vero et ferro nihil utuntur; nec enim in eorum terra metallū haec reperiuntur, sed aeris et auri immensa copia.

CCXVI. Institutis utuntur hisce. Uxorem quidem ducit unusquisque; his autem in commune utuntur. Nam, quo Graci aiunt a Scythis fieri, id non Scythæ faciunt, sed Massagetas: nempe cuiuscumque mulieris cupidio incessit Massagetam, cum ea, pharetra pro plastrō suspensa, impune concumabit. (2) Terminum quidem statis nullum statutum habent; sed quando quis admodum statore prove-

θόντες θύουσι μιν, καὶ ἀλλα πρόσβατα ἄμα αὐτῷ, ἐψήσαντες δὲ τὰ κρέα κατευχέονται. Ταῦτα μὲν τὰ δληιώτατά σφι νενόμισται, τὸν δὲ νούσῳ τελευτήσαντα οὐ καταστέονται, ἀλλὰ γῆ κρύπτουσι, συμφορὴν ποιεύμενοι δτοι οὐκ ἔκει ἐξ τὸ τυθῆναι. (3) Σπείρουσι δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ κτηνῶν ζώουσι καὶ ἱζθύνων οἱ δὲ ἄφρονοι σφι ἐκ τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ παραγνονταὶ γαλακτοπόται δέ εἰσι. (4) Θεῶν δὲ μοῦνον ξίλιον σέβονται, τῷ θύουσι Ἱππους. Νόμος δὲ οὗτος τῆς 10 θύσίας τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τῶν θυητῶν τάχιστον δατέονται.

clus est, convenientes propinquai mactant cum, et alias simul cum eo pecudes, coctisque carnibus laute epulantur. Et hæc eis sors felicissima habetur. Qui vero morbo obiit, eum non comedunt, sed terra condunt; miserum reputantes quod eo non pervenerit ut immolaretur. (3) Sementem nullam faciunt; sed pecoribus vicitant, et piscibus, quos ingenti copia Araxes fluvius illis suppeditat: lacte pro potu ntuntur. (4) Deorum unum Solem colunt, cui equos immolant. Lex autem et ratio hujus sacrificii hæc est: deorum pernicissimo tribuunt perniciuum mortalium.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΗ.

(ΕΥΤΕΡΗ.)

15 Ι. Τελευτήσαντος δὲ Κύρου παρέλαβε τὴν βασιλήιν Καμβύσης, Κύρου ἐὼν παῖς καὶ Κασσανδάνης τῆς Φερνάστεω θυγατρὸς, τῆς προσποθανούσης Κύρος αὐτὸς τε μέγα πένθος ἐποίησατο καὶ τοῖς ἀλλοισι προεῖπε πᾶσι, τῶν ἡρηχε, πένθος ποιέσθαι. (2) Ταῦτα δὲ τῆς 20 γυναικὸς ἐὸν παῖς καὶ Κύρου Καμβύσης Ἰωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλους πατρώιους ἐόντας ἐνόμισε, ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον ἐποιέσθαι στρατηλασίην, ἀλλοις τε παραλαβόντων τῶν ἡρηχε καὶ δὴ καὶ Ἐλλήνων τῶν ἐπεχράτες.

II. Οἱ δὲ Αἴγυπτοι, πρὶν μὲν ἡ Ψαμμιτίγον σφέων 25 βασιλεύεται, ἐνόμιζον ἐνιστούσος πρότους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων· ἐπειδὴ δὲ Ψαμμιτίχος βασιλεύεσας ἥθλησε εἰδέναι οἵτινες γενοίστο πρῶτοι, ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας προτέρους γενέσθαι ἑωυτῶν, τῶν δὲ ἀλλων ἐνιστούσας. Ψαμμιτίγος δὲ νᾶς οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρέειν, οὐ γενολατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ἐπιτεγχνᾶται τοιόνδε. (2) Παιδία δύο νεογνά ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων διδοῦ ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ πόλιμα τροφήν τινα τοιήνδε, ἐντελάμενος μηδένα ἀντίον αὐτῶν μηδεμίαν φωνὴν ίέναι, ἐν 35 στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέσθοι αὐτὸν, καὶ τὴν ὕδρην ἐπαγνίνειν σφι αἴγας, πλήσαντα δὲ τοῦ γάλακτος τέλλα διαπρήσεσθαι. (3) Ταῦτα δὲ ἐποίει τε καὶ ἐντέλλετο δὲ Ψαμμιτίχος θέλων ἀκούσαι τῶν παιδίων, ἀπαλλαχθέντων τῶν ἀστήμων κυνηγημάτων, ἤτινα φωνὴν δίκιουσι πρώτην. (4) Τάχιστην καὶ ἐγένετο· ὡς γάρ δεῖται κρόνος ἐγεγόνεις ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσοντι, ἀνοίγοντι τὴν θύρην καὶ ἐσιόντι τὰ παιδία ἀμφότερα προσπίποντα βεκής ἐφώνεον, δρέγοντα τὰς χεῖρας. (5) Τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἀκούσας ἤσυχος ἦν δ ποιμήν· ὡς δὲ πολλάκις φοιτέοντι καὶ ἐπιμελομένῳ πολλὸν ἦν τούτο τὸ ἔπος, οὕτω δὴ σημάντα τῷ δεσπότῃ ἤγαγε

HERODOTI HISTORIARUM LIBER SECUNDUS.

(EUTERPE.)

I. Vita functio Cyro, regnum suscepit Cambyses, Cyri filius et Cassandæ, Pharnaspis filia, quæ quam antea fato esset functa, ingenti luctu eam Cyrus erat prosequutus, et aliis omnibus, quibus imperabat, luctu eam prosequi præceperat. (2) Hujus igitur mulieris et Cyri filius Cambyses, quam Jonas et Aeolenses pro servis a patre acceptis habebat, adversus Aegyptum expeditionem suscepit, quem alios ad id bellum faciendum ducens, quibus imperabat, tum nimirum et Graecos qui ipsi potestati erant subiecti.

II. Aegyptii, priusquam apud eos regnum obtinuisse Psammitichus, antiquissimos sese omnium hominum esse existimaverant. Postquam vero Psammitichus, regnum adeptus, voluit cognoscere, quinam fuerint primi et antiquissimi, ab illo tempore Phrygas sese priores arbitrantur, se autem reliquis omnibus. Psammitichus autem, quam perquisitione instituta nullum exitum hujus questionis, quinam essent primi hominum, potuisset reperiire, tale quiddam est machinatus. (2) Duo pueros recens natos ex humiliis sortis parentibus tradidit pastor, qui eos apud greges tali modo aleret: præcepit ut nemo coram illis vocem ullam ederet, sed jacerent in solitaria casa seorsim, et iustis temporibus capræ ad eos adducerentur: ubi lacte expleti forent, alia omnia pastor ageret. (3) Hæc fecit præcepitque Psammitichus, cupiens cognoscere, quoniam post obscuros infantum vagitus primam vocem essent edituri. (4) Atque id etiam factum est. Nam postquam per duos continuos annos mandata executus erat pastor, aperienti januam intrantique adlabentes ambo pueruli becos clamabant, manusque porrigebant. (5) Quod pastor primam audiens, tacuit: sed, quum crebrius adeunti puerosque curanti idem semper verbum repeteret, ita demum significavit hero, ejusque jussu pueros in conspectum ejus pro-

οἱ ἐφαίνοντο ἀναδεήτη τε καὶ ἀδουλήτη διαχρεώμενοι
μένειν, πέμπτε ἀπ' αὐτὸν Μῆδους τε καὶ Κισσίους
θυμωθεῖς, ἐντειλάμενός σφεας ζωγρήσαντας ἄγειν ἐς
δύνην τὴν ἐωսτοῦ. (2) Ως δὲ ἐπέκεπον φερόμενοι ἐς τοὺς
25 Ἑλληνας οἱ Μῆδοι, ἐπιπτον πολλοὶ, ἄλλοι δὲ ἐπε-
ῆσαν, καὶ οὐκ ἀπῆλανον, καίπερ μεγάλως προσ-
πταίοντες. Δῆλον δὲ ἐποίειν παντὶ τεῳ, καὶ οὐκ
30 θκιστα αὐτῷ βασιλεῖται, δτι πολλοὶ μὲν ἀνθρώποι
εἰν, δλίγοι δὲ ἀνδρες. «Ἐγίνετο δὲ ἡ συμβολὴ δι'
ἡμέρης.

CCXI. Ἐπείτε δὲ οἱ Μῆδοι τρηχέως περιείποντο,
ἐνθαῦτα οὗτοι μὲν ὑπεξήσαν, οἱ δὲ Πέρσαι ἐκδεξάμενοι
ἐπήσαν, τοὺς ὀδανάτους ἔκαλε βασιλεῦς, τῶν Σέρη
35 Υδρόνης, ὃς δὴ οὗτοί γε εὐπετέως κατεργασόμενοι. (2)
Ὦλες δὲ καὶ οὗτοι συνέμισγον τοῖσι Ἑλλησι, οὐδὲν πλέον
ἐφέροντο τῆς στρατιῆς τῆς Μηδικῆς, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ,
αἵτε ἐν στεινοπόρῳ τε χώρᾳ μαχόμενοι καὶ δόρυται
βραχυτέροισι χρεώμενοι ἦπερ οἱ Ἑλληνες, καὶ οὐκ
30 ἔχοντες πλήθει χρήσασθαι. (3) Λακκαδαιμόνιοι δὲ ἐμά-
γοντο ἀξίως λόγου, ἄλλα τε τὰ ἀποδεικνύμενοι ἐν οὐκ
ἐπισταμένοις μάχεσθαι ἐξεπιστάμενοι, καὶ δικῶς ἐν-
τρέψειν τὰ νῶτα, ἀλλές φεύγεσκον δῆθεν, οἱ δὲ βάρ-
40 θαροὶ δρέοντες φεύγοντας βοῆ τε καὶ πατάγη ἐπήσαν,
οἱ δὲ ἀν καταλαμβανόμενοι ὑπέστρεφον ἀντίοι εἶναι τοῖ-
σι βαρβάροισι, μεταστρεφόμενοι δὲ κατέβαλλον πλήθει
ἀναριθμήτους τῶν Περσέων. ἐπιπτον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν
Σπαρτιτέων ἐνθαῦτα δλίγοι. (4) Ἐπειδὲ οὐδὲν ἐδυνέατο
παραλαβεῖν οἱ Πέρσαι τῆς ἑσόδου πειρώμενοι καὶ
κατὰ τέλει καὶ παντοίως προσβάλλοντες, ἀπῆλανον
50 ὅπίσω.

CCXII. Ἐν ταύτησι τῆσι προσόδοισι τῆς μάχης
λέγεται βασιλέα θηέμενον τρὶς ἀναδραμέειν ἐκ τοῦ
θρόνου, δεισαντα περὶ τῇ στρατιῇ. (2) Τότε μὲν οὖτα
ἡγωνίσαντο, τῇ δὲ ὑστεράτῃ οἱ βάρθαροι οὐδὲν ἄμεινον

proficisceremur, de his viris disserentem; at risui me ha-
buisisti quum audiebas dicentem tibi quemnam fore harum
rerum exitum praeviderem. Mini enim, rex, summa con-
tentio est, veritatem adversus te colere. (3) Audi igitur
etiam nunc. Adsunt hi viri, de introitu nobiscum pugna-
turi, et ad hoc se comparant. Hic enim apud illos mos
obtinet: quando vite discrimen sunt adituri, tunc capita
curant. (4) Scito vero: si hōisce, et eos qui Spartæ ma-
nent, subegeris; nullus alias hominum populus est, qui
adversus te, rex, manus tollere sustineat. Nunc enim
cum regno inter Græcos præclarissimo tibi res est, et cum
viris fortissimis. » (5) Quæ dicta, quum prorsus incredi-
bilia Xerxi viderentur, iterum quæsivit, quo tandem pacto
tam exigua hominum manus suo exercitui esset repugna-
tura. Et ille, « Rex, inquit, age mecum ut cum homine
mendaci, nisi hæc ita eventura sunt ut ego dico. »

CCX. Hæc Demaratus dicens Xerxi non persuasit. Ita-
que quattuor rex intermisit dies, assidue illos sperans fuga se
recepturos. Quinto vero die, quum illi non recessissent, sed
per obstinatam, ut Xerxi videbantur, impudentiam temeri-
tatemque manerent, iratus rex Medos et Cissios adversus
illos misit, dato mandato ut vivos caperent et in conspectum
suum adducerent. (2) Ut vero in Græcos cum impetu ir-
ruerunt Medi, multi ex eis cecidere: quibus successere
alii, nec se recepere, quamvis magna clade accepta: ostend-
eruntque cuilibet, maxime vero regi ipsi, multos quidem
homines esse, sed paucos viros. Præliati sunt autem per
totum diem.

CCXI. Postquam ita male accepti sunt Medi, tum hi
quidem in castra se receperunt: et Persæ eis succedentes,
quos Immortales rex adpellabat, quibus præerat Hydarnes,
in hostem iverunt; quasi hi utique facile conjecturi rem
essent. (2) Ut vero hi quoque pugnam cum Græcis conseruere,
nihilo amplius, quam Medi, promoverunt, sed eamdem ha-
buere sortem; quippe in angusto transitu pugnantes, ubi ex-
plicari multitudo non poterat, et hastis utentes brevioribus
quam Græci. (3) Lacedæmonii vero memorabilem ediderunt
pugnam, quum aliis rebus ostendentes peritos sese cum
imperitis congredi, tum quod subinde terga verterent, ve-
luti fugam capessentes universi, deinde vero, quando su-
gientibus Persæ cum clamore strepituque instabant, ipsique
jam in eo erant ut deprehenderentur, subito conversa acie
hosti sese opponerent, atque ita innumerabilem Persarum
prosternerent multititudinem. Ceciderunt autem ibi Sparta-
norum etiam nonnulli. (4) Postquam vero, quamvis magno
conatu, et turmatim et quovis modo impetum facientes,
nulla parte introitus potiri Persæ potuerunt, postremo hi
quoque retrogressi sunt.

CCXII. Dum ita conflictabantur, fertur Xerxes, quum
spectandi causa haud procul abesset, ter de solio suo ex-
siliuisse, metuens nempe suo exercitui. (2) Tunc igitur ita
pugnatum est. Postridie vero ejus diei nihil felicius bar-

δέθλεον. Ἄτε γάρ ὅλιγων ἔοντων, ἀπίσαντές σφεας κατατετρωματίσθαι τε καὶ οὐκ οἷους τε ἄσεσθαι ἔτι χεῖρας ἀνταείρασθαι συνέβαλλον. (3) Οἱ δὲ Ἕλληνες κατὰ τάξις τε καὶ κατὰ ἔθεα κεκοσμημένοι ἦσαν, καὶ 5 ἐν μέρει ἔκαστοι ἐμάχοντο, πλὴν Φωκέων· οὗτοι δὲ ἐς τὸ οὔρος ἐτάχθησαν, φύλαξοντες τὴν ἀτραπόν. Ὡς δὲ οὐδὲν εὑρίσκοντες ἀλλοιότερον οἱ Πέρσαι ή τῇ προτε-
ραίῃ ἐνώρεον, ἀπῆλαυνον.

CCXIII. Ἀπορέοντος δὲ βασιλέος δι τι χρήσθαι 10 τῷ παρεόντι πρήγματι, Ἐπιάλτης δὲ Εὐρυδήμου ἀνὴρ Μηλιεὺς ἤλθε οἱ ἐς λόγους ὡς μέγα τι παρὰ βασιλέος δοκέων οἰστεσθαι, ἐφασέ τε τὴν ἀτραπὸν τὴν διὰ τοῦ οὔρος φέρουσαν ἐς Θερμοπύλας, καὶ διέφειρε τοὺς ταύτη οὐπομενάντας Ἕλλήνων. (2) Ὅτερον δὲ δείσας 15 Λακεδαιμονίους ἔφυγε ἐς Θεσσαλίην, καὶ οἱ φυγόντι οὐ πὸ τῶν Πυλαγόρων, τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομένων, ἀργύριον ἐπεχηρύχθη. Χρόνῳ δὲ ὑπέτερον, κατῆλθε γάρ ἐς Ἀντικύρην, ἀπέθανε ὑπ' Ἀθηνάδεων ἀνδρὸς Τρηχινίου. (3) Οἱ δὲ Ἀθηνάδες οὗτοι ἀπέκτεινε 20 μὲν Ἐπιάλτεα δι' ἀλλην αἰτίην, τὴν ἐγὼ ἐν τοῖς ὅπισθε λόγοισι σημανών, ἐπιμήθη μέντοι οὐ πὸ Λακεδαιμονίων οὐδὲν ἔσσον. Ἐπιάλτης μὲν οὕτω θυτερον τούτων ἀπέθανε.

CCXIV. Εστι δὲ ἔτερος λεγόμενος λόγος, ὃς Ὁ-
25 νήτης τε δὸς Φαναγόρεων ἀνὴρ Καρύστιος καὶ Κορυδαλὸς Ἀντικύρευς εἰστι οἱ εἴπαντες πρὸς βασιλέα τούτους τοὺς λόγους καὶ περιηγησάμενοι τὸ οὔρος τοῖς Πέρσοις, οὐδαμῶς ἔμοιγε πιστός. (2) Τοῦτο μὲν γάρ τοδε χρή σταθμώσασθαι, διτι οἱ τῶν Ἕλλήνων Πυλαγόροι ἐπε-
30 κήρυξαν οὐκ ἐπ' Ὁνήτη τε καὶ Κορυδαλῷ ἀργύριον, ἀλλ' ἐπ' Ἐπιάλτη τῷ Τρηχινῷ, πάντως κου τὸ ἀτρε-
χέστατον πυθόμενοι· τοῦτο δὲ φεύγοντα τὸν Ἐπιάλτεα ταύτην τὴν αἰτίην οἴδαμεν. (3) Εἰδεὶν μὲν γάρ ἀν καὶ ἐών μη Μηλιεὺς ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὁνήτης, εἰ 35 τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη· ἀλλ' Ἐπιάλτης γάρ ἐστι δὲ περιηγησάμενος τὸ οὔρος κατὰ τὴν ἀτραπὸν, τούτουν αἴτιον γράφω.

CCXV. Ξέρξης δὲ, ἐπει οἱ ἥρησε τὰ ὑπέσχετο δὲ Ἐπιάλτης κατεργάσεσθαι, αὐτίκα περιχαρῆς γενόμε-
40 νος ἐπεμπεὶ Ὑδάρνεα καὶ τῶν ἀστρατήγης Ὑδάρνης. ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἄρας ἐκ τοῦ στρατοπέδου (2) Τὴν δὲ ἀτραπὸν ταύτην ἔξεῦρον μὲν οἱ ἐπιχώριοι Μηλιέες, ἔξευρόντες δὲ Θεσσαλοίσι κατηγήσαντο ἐπὶ Φωκές, τότε δτε οἱ Φωκέες φράξαντες τείχη τὴν 45 ἐσβολὴν ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου ἐκ τε τοσοῦδε κατεδέσθετο ἐσῦσα οὐδὲν χρηστὴ Μηλιεῦσι.

CCXVI. Ἐγειρε δὲ ὁδε ή ἀτραπὸς αὐτῇ ἔρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ ποταμοῦ τοῦ διὰ τῆς διασφάγος βέοντος, οὖνομα δὲ τῷ οὔρει τούτῳ καὶ τῇ ἀτραπῷ 50 τὸντὸ κέεται, Ἀνόπαια· τείνει δὲ ή Ἀνόπαια αὐτῇ κατὰ ράχιν τοῦ οὔρεος, λήγει δὲ κατὰ τε Ἀλπηνὸν πόλιν, πρώτην ἐσύσαν τῶν Λοχρίδων πρὸς τῶν Μηλιέων, καὶ κατὰ Μελάμπυγόν τε καλεύμενον λίθον καὶ κατὰ Κερκύπιαν ἔδρας, τῇ καὶ τὸ στενότατόν ἔστι.

bari pugnaverunt. Quum enim exiguis esset Graecorum numerus, rati barbari confectos esse illos vulneribus, neque vires amplius ad resistendum habitueros, denuo eos adgressi sunt. (3) At Graeci, per ordines perque populos digesti, in vicem cuncti pugnarunt, Phocensibus exceptis: hi enim in monte erant locati, semitam custodituri. Ubi vero nihil melius, quam pridie, Persae rem sibi viderunt succedere, abscesserunt.

CCXIII. Ibi tunc regem, quidnam consillii caperet incertum, convenit Ephialtes, Eurydemi filius, Maliensis, ingens ab illo præmium se relaturum sperans, indicavitque ei semitam per montes ad Thermopylas ferentem; atque ita Graecos perdidit, stationem ibi habentes. (2) Idem postea, metu Lacedæmoniorum, in Thessaliam profugit: exulsanus tisque caput proposita pecunia proscriptum est a Pylagoris, quum Amphictyones ad agendum Pylaeum conventum essent congregati. Interjecto vero tempore, quum Anti cyram rediisset, ab Athenade Trachinio occisus est. (3) Et interfecit quidem Ephialten Athenades aliam ob caussam, quam in sequentibus historiis exponam: at nihil minus tamen præmio honoratus est a Lacedæmoniis. Ita igitur Ephialtes postea periret.

CCXIV. Fertur autem etiam alia fama, Onetam Phana-
goræ filium, Carystium, et Corydalum Anticyensem cum
rege sermones illos habuisse, et Persas circum montem illum
circumduxisse; mihi néutquam credibilis. (2) Nam fal-
sam esse partim inde colligi oportet, quod Graecorum Py-
lagori, quos utique præ ceteris compertam habuisse rei
veritatem consentaneum est, non Onetae et Corydali caput
proscripsérunt, sed Ephialtae Trachinii; tum, quod Ephial-
ten novimus ob hanc culpam exulsasse. (3) Ceterum co-
gnita quidem haec semita Onete quoque, quamquam non
Maliensi, esse potuit, si hanc regionem sæpius adierat: at
enimvero Ephialtes est, qui hostes per semitam illam circa
montem circumduxit: hunc hujus culpæ reum scribo.

CCXV. Xerxes, ea probans qua se effectarum pollici-
tus Ephialtes erat, vehementer gavisus, sine mora Hyd-
nen et qui sub ejus ductu erant misit: et illi sub noctem,
quo tempore accenduntur lucernæ, e castris profecti sunt.
(2) Invenerant illam semitam indigenæ Malienses; eaque
reperta Thessalij adversus Phocenses itineris duces fue-
rant, quo tempore Phocenses introitum in suam regio-
num opposito obstruxerant muro, atque ita tutos se a bello
præstiterant: atque ex illo inde tempore adparuit illa ueni
nulli esse Maliensibus.

CCXVI. Est autem callis hujus per montem ferentis ratio
hæc: incipit ad Asopo fluvio, ubi ille per montium divortium
perfluit; est autem monti, per quem semita transit, semi-
taque ipsi idem nomen, Anopæa: fertque haec Anopæa
secundum dorsum montis, et desinit circa Alpenum, pri-
mum oppidorum Locrensum versus Malienses, eo loco ubi
Melampygus qui dicitur lapis est, suntque Cercopum sedes:
ubi etiam angustissimus callis est.

CCXVII. Κατὰ ταῦτην δὴ τὴν ἀτραπὸν καὶ οὕτω
ἔχουσαν οἱ Πέρσαι, τὸν Ἀσωτὸν διαβάντες, ἐπορεύον-
το πᾶσαν τὴν νύκτα, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες οὔρεα τὰ Οἰ-
ταίων, ἐν ἀριστερῇ δὲ τὰ Τρηχιγιώνων. Ἰώς τε δὴ δέ-
σ φαινε, καὶ ἐγένοντο ἐπ' ἀκρωτηρίῳ τοῦ οὔρεος. (2) Κατὰ
δὲ τοῦτο τοῦ οὔρεος ἐφύλασσον, ὡς καὶ πρότερόν μοι
δεδήλωται, Φωκέων χλίοι δπλίται, ρύμενοι τε τὴν
σφετέρην χώρην καὶ φρουρέοντες τὴν ἀτραπόν. (3)
Ἡ μὲν γάρ κατὸς ἐσδολῇ ἐφύλασσετο ὑπὸ ὅντες εἴρηται.
10 τὴν δὲ διὰ τοῦ οὔρεος ἀτραπὸν ἐθελονταὶ Φωκέες ὑπο-
δεξάμενοι Λεωνίδῃ ἐφύλασσον.

CCXVIII. Ἐμαθον δὲ σφεας οἱ Φωκέες ἀνα-
βεβηκότες ἀναβαίνοντες γάρ ἐλάσθανον οἱ Πέρσαι τὸ
οὔρος πάντας ἐδύναντο· ἦν μὲν δὴ νηνεμή, 15
ψύρφος δὲ γινομένου πολλοῦ, ὡς οὐκός ἦν φύλλων ὑπο-
χειχυμένων ὑπὸ τοῖσι ποσι, ἀνά τε ἐδραμον οἱ Φωκέες
καὶ ἐνέδυντο τὰ δπλα, καὶ αὐτίκα οἱ βάρβαροι παρῆ-
σαν. (2) Ως δὲ εἶδον ἄνδρας ἐνδυομένους δπλα, ἐν
θώματι ἐγένοντο ἐλπόμενοι γάρ οὐδέν σφι φανήσεοθαι
20 ἀντίξουν ἐνεκύρησαν στρατῷ. Ἐνθαῦτα Ὑδάρνης κα-
ταρρωδήσας μὴ οἱ Φωκέες ἦσαν Λακεδαιμόνιοι, εἴρετο
τὸν Ἐπιάλτεα δποδαπὸς αἴ τι δ στρατός, πυθόμενος δὲ
ἀτρεκέως διέτασσε τοὺς Πέρσας ὡς ἐς μάχην. (3)
Οἱ δὲ Φωκέες ὡς ἐβάλλοντο τοῖσι τοξεύμασι πολλοῖσι
25 τε καὶ πυκνοῖσι, οἰχοντο φεύγοντες ἐπὶ τοῦ οὔρεος τὸν
χόρυμβον, ἐπιστάμενοι ὡς ἐπὶ σφέας ὡρμήθησαν ἀρ-
χὴν, καὶ παρεσκευάδατο ὡς ἀπολέσμενοι. (4) Οὗτοι
μὲν δὴ ταῦτα ἐφρόνεον, οἱ δὲ ἀμφὶ Ἐπιάλτεα καὶ
Ὑδάρνεα Πέρσαι Φωκέων μὲν οὐδένα λόγον ἐποιεῦντο,
30 οἱ δὲ κατέβαινον τὸ οὔρος κατὰ τάχος.

CCXIX. Τοῖσι δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι ἔουσι Ἐλλήνων
πρῶτον μὲν δ μάντις Μεγιστής, ἔστιδὼν ἐς τὰ ἱρὰ,
ἐφρασε τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι ἀμα ἥοι σφι θάνατον,
ἐπὶ δὲ καὶ αὐτόμολοι ἔσται οἱ ἔξαγαγμαντες τῶν Περσέ-
35 ᾱων τὴν περίοδον. (2) Οὗτοι μὲν ἔτι νυκτὸς ἐσήμηναν,
τρίτοι δὲ οἱ ἡμεροσκόποι καταδραμόντες ἀπὸ τῶν ἄκρων
ἡδὴ διαφαινούστης ἡμέρης. Ἐνθαῦτα ἐβούλευντο οἱ
“Ἐλληνες, καὶ σφεων ἐσχίζοντο αἱ γνώμαι: οἱ μὲν γάρ
οὐκ ἔων τὴν τάξιν ἐκλιπεῖν, οἱ δὲ ἀντέτεινον. (3)

40 Μετὰ δὲ τοῦτο διακριθέντες οἱ μὲν ἀπαλλάσσοντο καὶ
διασκεδασθέντες κατὰ πόλις ἔκαστοι ἐτράποντο, οἱ δὲ
αὐτῶν ἀμα Λεωνίδῃ μένειν αὐτοῦ παρεσκευάδατο.

CCXX. Λέγεται δὲ καὶ ὡς αὐτός σφεας ἀπέτεμψε
Λεωνίδης, μὴ ἀπόλωνται κηδόμενος αὐτῷ δὲ καὶ
45 Σπαρτιητῶν τοῖσι παρεοῦσι οὐκ ἔχειν εὐπρεπέως ἐκλι-
πεῖν τὴν τάξιν ἐς τὴν ἥλθον φυλάξοντες ἀρχὴν. (2)
Ταῦτη καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλειστός εἰμι, Λεωνίδεα,
ἐπεί τιθετο τοὺς συμμάχους ἔοντας ἀπροθύμους καὶ
οὐκ ἔθελοντας συνδικινδυνεύειν, κελεῦσαι σφεας ἀπα-
λού λάσσεσθαι, αὐτῷ δὲ ἀπιέναι οὐ καλῶς ἔχειν. (3) Μέ-
νοντι δὲ αὐτοῦ κλέος μέγα ἐλείπετο, καὶ η Σπαρτῆς
εὐδαιμονίη οὐκ ἔξηλεφέτο. Ἐκέχρηστο γάρ ὑπὸ τῆς
Ἱθύης τοῖσι Σπαρτιητσι χρεωμένοισι περὶ τοῦ πο-
λέμου τούτου αὐτίκα κατ’ ἀρχὰς ἐγειρομένου, η Λακε-

CCXVII. Hac igitur semita, quam descripsi, Persæ tra-
jecto Asopo totam noctem iter fecerunt, a dextra habentes
Cætorum montes, a sinistra vero montes Trachiniorum :
et illuxit aurora, quum ad summum montem pervenerunt.
(2) Hoc igitur loco montem custodiebant, ut etiam ante
demonstravi, Phocenses mille graviter armati, et suam re-
gionem tutantes, et callem custodientes. (3) Inferior enim
introitus ab eis, quos dixi, custodiebatur : semitam autem,
quæ fert per montem, Phocenses custodiebant, qui Leo-
nidæ ultro hanc operam receperant.

CCXVIII. Adscendentes quidem latuerant Persæ, quum
quercubus totus obsitus mons esset : postquam vero adscen-
derant, hoc modo adventantes illos cognovere Phocenses,
quum tranquillum esset cælum, propter folia sub pedibus
strata multus, ut res fert, ortus strepitus excitavit eos ut
ad arma concurrent : et protinus barbari adfuerunt. (2)
Qui ubi armatos conspexere viros, mirati sunt, quod, quum
neminem sibi putassen occursum, in exercitum incidis-
sent. Ibi tum Hydarnes, veritus ne, qui Phocenses erant, La-
cedæmonii essent, quæsivit ex Ephialte, cuius populi is esset
exercitus : et ubi quod res erat audivit, in aciem Per-
sas instruxit. (3) At Phocenses, quum multis crebrisque
telis ferirentur, rati non nisi aduersus se hos esse profe-
ctos, arrepta fuga in summum montis verticem se recepe-
runt, ad occumbendam mortem parati. (4) Hi igitur ita
erant animati : at Persæ, qui cum Ephialte et Hydarne
erant, nullam Phocensium rationem habentes, descendere
de monte properarunt.

CCXIX. Qui ad Thermopylas erant Græci, his primum
Megistias vates, inspectis victimis, prædixerat mortem
primo mane eis instantem : deinde advenere etiam trans-
fugæ, circuitum hostium nunciantes : (2) hi, quum adhuc
tunc nox esset, significaverunt : tertio autem speculatores
diurni, de summiatibus montium decurrentes, illucescente
jam die, idem indicium fecerunt. Ibi tum Græci, quid sibi
faciendum esset deliberantes, in diversas abidere sententias,
aliis contendentibus non deserendam esse stationem, aliis
contra nitentibus. (3) Hinc soluto concilio, discesserunt
alii, et suam quisque in civitatem tendens dispersi sunt :
alii vero parati erant cum Leonida manere.

CCXX. Dicunt autem, ipsum Leonidam illos dimisisse,
ne perirent curantem; se autem et præsentes Spartanos
non decere dicentem deserere stationem ad quam custo-
diendam principio missi essent. (2) Et ego quoque quam
maxime in hac sum sententia, Leonidam, quum minime
promptos esse socios vidisset, nec ad subeundum secum
periculum ultro paratos, abire illos jussisse ; sibi autem,
ut abiret, dishonestum judicasse. (3) Contra, si maneret,
ingens eum gloria manebat, et Spartæ felicitas non ex-
stinguebatur. Etenim Spartanis, jam in primo hujus bellū
initio oraculum consulentibus, responderat Pythia, aut

δαίμονα ἀνάστατον γενέσθαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἢ τὸν
βασιλέα σφέων ἀπολέσθαι. (4) Ταῦτα δέ σφι ἐν ἔπεισι
ἔξαμετροισι γρῆ ἔχοντα ὥδε,

5 Ὅμην δ', ὡς Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροοι,
ἡ μέγα ἀστοὶ ἑρικοῦδες ὑπὸ ἀνδράσι Περσείδησι
πέρθεται, ἢ τὸ μὲν οὐκί, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλης
πενθῆσθαι βασιλῆ φθίμενον Λακεδαιμονος οὔρος.
Οὐ γαρ τὸν ταύρων σχήσης μένων οὐδὲ λεόντων
ἀντιθίνειν· Ζηνὸς γάρ ἔχει μένος οὐδὲ θρῆμα
σχήσεσθαι, πρὶν τῶνδι έτερον διὰ πάντα δάσηται.

(5) Ταῦτα τε δὴ ἐπιλεγόμενον Λεωνίδεα, καὶ βουλόψε-
νον χλέος καταβέσθαι μούνων Σπαρτιητών, ἀποτέμ-
φαι τοὺς συμμάχους μᾶλλον ἢ γνώμη διενεγέθεντας
οὕτω ἀκόσιως οὐχεσθαι τοὺς οἰχομένους.

15 CCXXXI. Μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἔλαχιστον,
τιύτου πέρι γέγονε οὐ γάρ μοῦνον τοὺς ἀλλούς, ἀλλὰ
καὶ τὸν μάντιν δὲ εἴπετο τῇ στρατιῇ ταύτῃ, Μεγιστήν
τὸν Ἀκαρνῆνα, λεγόμενον εἶναι τὰ ἀνέκαθεν ἀπὸ Με-
λάμποδος, τοῦτον τὸν εἴπαντα ἐκ τῶν ἴρων τὰ μέλλον-
τα σφι ἔκβαλνεν, φανερός ἐστι Λεωνίδης ἀποπέμπων,
ἴνα μὴ συναπόληται σφι. 'Ο δὲ ἀποπεμπόμενος αὐ-
τὸς μὲν οὐκ ἀπελείπετο, τὸν δὲ ποιὰ συστρατευόμε-
νον, ἔοντα οἱ μουνογενέα, ἀπέπεμψε.

CCXXXII. Οἱ μέν νυν σύμμαχοι οἱ ἀποπεμπόμενοι
τῷ οἰχοντῷ τε ἀπιόντες καὶ ἐπείθοντο Λεωνίδη, Θεσπίες
δὲ καὶ Θηβαῖοι κατέμενεν μοῦνοι παρὰ Λακεδαιμο-
νίοισι. (2) Τούτων δὲ Θηβαῖοι μὲν ἀέκοντες ἔμενον
καὶ οὐ βουλόμενοι (κατεῖχε γάρ σφες Λεωνίδης ἐν
δυῆρων λόγῳ ποιεύμενος), Θεσπίες δὲ ἔκόντες μάλι-
στα, οἱ οὐκ ἔφασαν ἀπολιτόντες Λεωνίδεα καὶ τοὺς μετ'
αὐτοῦ ἀπαλλάξεσθαι, ἀλλὰ καταμείναντες συναπέ-
θανον. Ἐστρατήγες δὲ αὐτῶν Δημόφιλος Διαδό-
μεων.

CCXXXIII. Ξέρξης δὲ ἐπεὶ ἥλιον ἀνατελλάντος
35 σπονδᾶς ἐποιήσατο, ἐπισχὼν χρόνον ἐς ἀργορῆς κού
μάλιστα πληθύρην πρόσδον πρόσειτο καὶ γάρ ἐπέ-
σταλτο ἐξ Ἐπιάλτεω οὕτω· ἀπὸ γάρ τοῦ οὔρεος ἡ κα-
τάβασις συντομωτέρη τέ ἐστι καὶ βραχύτερος δὲ γρος
πολλὸν ἥπερ ἡ περιόδος τε καὶ ἀνάβασις. (2) Οἱ τε
40 δὴ βάρβαροι οἱ ἀμφὶ Ξέρξεα προστίσαν, καὶ οἱ ἀμφὶ^{τοι}
Λεωνίδεος "Ελληνες, ὃς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔζοδον ποιεύ-
μενοι, ἦδη πολλῷ μᾶλλον ἡ κατ' ἀρχῆς ἐπέζησαν ἐς
τὸ εὐρύτερον τοῦ οὐχένος. (3) Τὸ μὲν γάρ ἔρυμα
τοῦ τείχους ἐφυλάσσετο, οἱ δὲ ἀνὰ τὰς προτέρας ἡμέ-
45 ρας ὅπειξιντες ἐς τὰ στεινόπορα ἔμάχοντο. Τότε δὲ
συμμίσγοντες ἔζω τῶν στεινῶν ἐπιπτον πλήθει πολλοὶ^{τοι}
τῶν βαρβάρων· δπισθε γάρ οἱ ἡγεμόνες τῶν τελέων
ἔχοντες μάστιγας ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα, αἰὲν ἐς τὸ
πρόσω προτύρνοντες. (4) Πολλοὶ μὲν δὴ ἐσέπιπτον
50 αὐτῶν ἐς τὴν θάλασσαν καὶ διεφείροντο, πολλῷ δ'
ἐτι πλεῦνες κατεπατέοντο ζωοὶ ὑπὸ ἀλλήλων· ἦν δὲ λό-
γος οὐδεὶς τοῦ ἀπολλυμένου. Ἄτε γάρ ἐπιστάμενοι
τὸν μέλλοντά σφι ἔσεσθαι θάνατον ἐκ τοῦ πειρόντων

eversum iri Lacedæmonem a barbaris; aut regem ipsorum
periturum. (4) Hoc eis illa responsum versibus hexame-
tris comprehensum dederat, his verbis :

Vobis, o spatiose Spartæ incole,
aut ingens urbs gloriosa a viris Persis
everlit; aut, si non hoc, ab Hercule oriundum
flebunt mortuum regem Lacedæmonis fines.
Nec enim sustinebit eum taurorum robur leontumque
contra stantium; Jovis enim ille robur habet; eumque dico
non iri repressum prius, quam horum alterutrum fuerit
sortitus.

(5) Igitur Leonidam, hæc reputantem, cupientemque solis
Spartanis sempiternam adquirere gloriam, dimisisse potius
arbitror socios illos qui abierte, quam ipsos per se ab illo
dissentientes, ita spreta omni militari disciplina abiisse.

CCXXI. Cujus rei mihi hoc etiam haud minimum docu-
mentum est, quod non modo reliqui dimissi sunt, sed
quod satis constat, vali etiam exercitum sequenti, Megistæ
Acarnani, genus a Melampode derivanti, eidem qui e victi-
mis eventura illis prædixerat, missionem dedisse Leonidam,
veritum ne cum ipsis periret. At ille, quamquam iniisi-
nem nactus, non tamen discessit; sed filium, militem hujus
socium, qui unicus illi natus erat, dimisit.

CCXXII. Cæteri igitur socii dimissi abierunt, mandato
Leonida obsequentes. Thespienses vero et Thebani soli
apud Lacedæmonios manserunt. (2) Et Thebani quidem
nolentes et inviti manserunt; retinuit eos autem Leonidas,
obsidum loco habens: Thespienses vero summa sua volun-
tate; neutriquam enim Leonidam et qui cum illo erant se
deserturos abscessurosque aiebant, sed apud illos mansu-
ros mortemque cum eisdem occubituros. His præerat De-
mophilus, Diadromæ filius.

CCXXIII. Orto sole, Xerxes libamina fecit: deinde ali-
quandiu moratus, quo tempore forum maxime frequentari
hominibus solet impressionem in hostem facere instituit:
ita enim significatum ei ab Ephialte era. Nam descensus
de monte brevior est, atque iter inde ad Thermopylas
compendiosius, quam circuitus et adscensus montis. (2)
Barbari igitur, qui cum Xerxe erant, in hostem perre-
xerunt: et Graci cum Leonida, utpote ad mortem ire para-
ti, jam multo longius, quam ante, in spacioarem fau-
cium partem progressi sunt. (3) Nam muri quidem muni-
mentum custodiebatur; superioribus vero diebus in ipsas
etiam fauces progressi pugnaverant. Nunc igitur, quum
extra angustias consererent pugnam, ingens hostium ceci-
dit multitudo. Etenim manipulorum duces, flagellis a
tergo instantes, et unumquemque cædentes, ad ulterius
progreendiū suos concitatabant. (4) Itaque eorum multi
in mare incidentes perierunt; multo vero plures, alii ab
aliis, vivi conculcati sunt: iec illa ratio habebatur per-
euuntium. Nam Lacedæmonii, quum imminere sibi mor-
tem ab his qui montem circumiverant non ignorarent,

τὸ οὖρος, ἐπεδείκνυντο ὥμης δσον εἶχον μέγιστον ἐς τοὺς βαρβάρους, παραγρεώμενοί τε καὶ ἀτέοντες.

CCXXIV. Δόρατα μὲν νῦν τοῖσι πλέοσι αὐτῶν τηνικαῦτα ἐτύγχανε κατεπηγότα ἥδη, οἱ δὲ τοῖσι ἔφεσι διεργάζοντο τοὺς Πέρσας. (2) Καὶ Λεωνίδης τε ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ πίπτει ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος, καὶ ἔτεροι μετ' αὐτοῦ οὐνομαστοὶ Σπαρτιητέων, τὸν ἐγὼ ὡς ἀνδρῶν ἀξίων γενομένων ἐπιτύμηην τὰ οὐνόματα, ἐπιτύθμην δὲ καὶ ἀπάντων τῶν τριηκοσίων. (3) Καὶ οἱ δὲ καὶ Περσέων πίπτουσι ἐνθαῦτα ἀλλοι τε πολλοὶ καὶ οὐνομαστοὶ, ἐν δὲ δὴ καὶ Δαρείου δύο παιδεῖς Ἀδροκόμης τε καὶ Ὑπεράνθης, ἐκ τῆς Ἀρτάνεω θυγατρὸς Φραταγούνης γεγονότες Δαρείων. (4) Οἱ δὲ Ἀρτάνης Δαρείου μὲν τοῦ βασιλέος ἥδελφες, Τοτάσπεος ιδὲ τοῦ Ἀρσάμεω παῖς· δεῖς καὶ ἐκδιδόντες τὴν θυγατέρα Δαρείω τὸν οἰκον πάντα τὸν ἑωυτοῦ ἐπέδωκες ὡς μούνου οἱ ἔουσις ταύτης τέκνου.

CCXXV. Ξέρκεω τε δὴ δύο ἀδελφοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι μαχόμενοι ὑπέρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω, 20 Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίου ὀθίσμδ ἐγένετο πολλοῖς, ἐς δὲ τοῦτον τε ἀρτῆ οἱ Ἐλληνες ὑπεξέρισαν καὶ ἐτρίψαντο τοὺς ἐναντίους τετράκις. Τοῦτο δὲ συεστήκει μέχρι οὗ οἱ σὺν Ἐπιάλητη παρεγένοντο. (2) Ήδες δὲ τούτους ἤκειν ἐπύθοντο οἱ Ἐλληνες, ἐνθεῦτεν 25 ἥδη ἐτεροῦτο τὸ νεῖκος· ἐς τε γάρ τὸ στεινὸν τῆς ἕδος ἀνεγύρεον δπίσω, καὶ παραμειψάμενοι τὸ τεῖχος ἐλθεῖ τες Κοντοὶ ἐπὶ τὸν κολωνὸν πάντες ἀλέες οἱ ἀλλοι πλὴν Θηβαίων. Οἱ δὲ κολωνὸς ἐστι ἐν τῇ ἐσόδῳ, δουκοῦντος λέων ἐστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ. (3) Ἐν τούτῳ τῷ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρισι, τοῖσι αὐτῶν ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, καὶ χεροὶ καὶ στόμασι κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, οἱ μὲν ἔξι ἐναντίης ἐπιπούμενοι καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συγχώσαντες, οἱ δὲ περιελθόντες πάντοθε περισταδόν.

CCXXVI. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Θεσπιέων τοιούτων γενομένων, δμως λέγεται δρίστος ἀνὴρ γνέσθαι· Σπαρτιητῆς Διηνέκης· τὸν τόδε φασὶ εἶπαι τὸ ἔπος πρὶν ἢ συμβικάσι σφεας τοῖσι Μήδοισι, πυθόμενον πρὸς τευ τῶν Τρηχινῶν ὡς ἐπεάν οἱ βάρβαροι ἀπιστοί τὰ τοιεύματα, τὸν δὲ διοικούσαντο τούτοισι εἶπαι, ἐν ἀλογίῃ ποιεῦμενον τὸ τῶν Μήδων πλῆθος, ὡς πάντα σφι ἀγαθὸ διατρηχίνιος ἔεινος ἀγγέλλοι, εἰ διπορχυπτόντων τῶν Μήδων τὸν διοικούσαντο τούτοισι εἶποι πρὸς αὐτοὺς ἢ μάχη καὶ οὐκ ἐν ἀλογίᾳ. Ταῦτα μὲν καὶ ἀλλα τοιουντρόπα ἐπέστησαν οἱ Διηνέκεις τὸν Λακεδαιμόνιον λιπέσθαι μνημόσυνα.

CCXXVII. Μετὰ δὲ τοῦτον ἀριστεῦσαι λέγονται Λακεδαιμόνιοι δύο ἀδελφοί, Ἀλφεός τε καὶ Μάρων Ὀρσιφάντου παῖδες. Θεσπιέων δὲ εὐδοχίμες μάλιστα τῷ οὐνοματῇ ή Διθύραμβος Ἀρματίδεω.

CCXXVIII. Θαρρεῖσι δέ σφι αὐτοῦ ταύτη τῇ περ ἐπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσασι ἢ ἐπὸν Λεωνί-

quanta maxima poterant fortitudinis specimina aduersus barbaros ediderunt, nullo modo parcentes sibi, ac furiosorum in morem pugnantes.

CCXXIV. Hasta quidem jam tunc plerisque fractae erant, et gladiis illi Persas conficiebant. (2) In eo labore, ab altera parte, Leonidas fortissime pugnans cecidit, cum eoque alii illustres Spartani; quorum ergo, ut dignorum virorum, nomina sciscitatus sum cognovique: resciyi vero etiam omnium nomina trecentorum. (3) Ab altera parte, ex Persis ibidem et alii multi illustres ceciderunt viri, et in his duo Darii filii, Abrocomes, et Hyperanthes, quos ex Phrataguna Artanis filia Darius susceperebat. (4) Artanes autem frater fuerat Darii, Hyrcaspis filius, Arsamis nepos. Is Dario filiam suam elocans, simul totam suam domum ei donaverat, quem unica ipsius proles illa esset.

CCXXV. Igitur duo Xerxis fratres ibi ceciderunt pugnantes super Leonidae cadavere, de quo acre fuit inter Persas et Lacedæmonios certamen: donec ad extreum sua virtute Graeci illud substraxerunt, quater in fugam versis adversariis. Ita pugnatum est, donec qui cum Ephialte erant advenere. (2) Quos ubi accedere intellexerunt Graeci, tum vero mutatum certamen est. Tunc enim in angustias vias se receperunt, et murum etiam prætergressi, ubi ad tumulum venerunt, qui in introitu angustiarum est, ubi nunc lapideus leo stat in Leonidae memoriam, ibi conser- tim conederunt exceptis Thebanis cæteri omnes. (3) Eodemque loco gladiis sese defendentes, quibus gladii supererant, alii manibus dentibusque depugnantes, obruti sunt barbarorum telis, partim subrata muri munitione ex adverso ingrumentum, partim ex circuitu undique circumstantium.

CCXXVI. Tales quum se præstiterint Lacedæmonii et Thespiales omnes, fortissimus tamen ex his fuisse dicitur Dieneces Spartanus: quem aiunt, priusquam cum Medis congrederentur, verbum illud dixisse, quum Trachinum quendam audivisset dicentem, quando barbari tela emiserint, multitudine telorum solem iri obscuratum; tantam enim esse hostium multitudinem. (2) Hunc igitur, nihil perterritum, sed aspernante Medorum multitudinem, respondisse aiunt, fausta omnia Grecis nunciare hospitem Trachinum; quandoquidem, sole telis Medorum obscurato, in umbra sint pugnaturi, non in sole. Haec et ejusdem generis alia dicta, aiunt, Dienecem Lacedæmonium fortis animi monumenta reliquisse.

CCXXVII. Post hunc fortissimos se præstissete memorant Lacedæmonios duos fratres, Alpheum et Maronem, Orsiphantibus filios. Ex Thespiales vero præcipuum laudem abstulit vir, cui Dithyrambus nomen fuit, Harmatidæ filius.

CCXXVIII. Sepulti sunt omnes eodem loco quo ceciderunt, et tam in horum honorem, quam in illorum qui ante

δεω ἀποπεμφθέντας οἰχεσθαι, ἐπιγέραπται γράμματα λέγοντα τάδε,

Μυριάσιν ποτὲ τῆδε τριηκοσίαις ἁμάχοντο
ἐκ Πελοποννέσου χλιάδες τέτορες.

5 (2) Ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι πᾶσι ἐπιγέραπται, τοῖσι δὲ Σπαρτιήτησι ἰδίῃ,

‘Ο ξέν’, ἀγγέλλειν Δακεδαιμονίους διτὶ τῆδε καίμεθα τοὺς κείνους ἥγμασι πειθόμενοι.

Δακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τρῦτο, τῷ δὲ μάντι τύδε,

10 Μνῆμα τόδε κλειτοῦ Μεγιστία, δὸν ποτε Μῆδοι:
Σπερχείδν ποταμὸν κτείναν ἀμειψάμενοι,
μάντιος, δὲ τότε Κύρας ἐπερχομένας σάρα εἰδὼς
οὐκ ἔτι Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

(3) Ἐπιγράμμασι μὲν νυν καὶ στήλησι, ἔξω ἢ τὸ τοῦ
15 μάντιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτύονές εἰσὶ σφεας οἱ ἐπικομήσαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίων Σιμωνίδης δὲ Λεωπρέπες ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας.

CCXXIX. Δύο δὲ τούτων τῶν τριηκοσίων λέγεται
Εὔρυτόν τε καὶ Ἀριστόδημον, παρεὸν αὐτοῖσι ἀμφοτέ-
20 ροισι κοινῷ λόγῳ χρησαμένοισι ἢ ἀποστηῆναι διοῦ ἐς
Σπάρτην, ὃς μεμετιμένοι τε ἔσταν ἐκ τοῦ στρατοπέδου
ὑπὸ Λεωνίδεω καὶ κατέκεπτο ἐν Ἀλπηνοῖσι δρθαλμιέον-
τες ἐς τὸ ἔσχατον, ἢ εἰ γε μὴ ἐσύνολοντο νοστῆσαι, ἀπο-
θνήσειν δῆμα τοῖσι ἀλλοισι, (2) παρεὸν σφι τούτων τὰ
25 ἔτερα ποιέειν οὐκ ἔθελῆσαι διοφρονέειν, ἀλλὰ γνώμη
διενεγχθέντας Εὔρυτον μὲν πυθόμενον τὴν τῶν Περσέων
περίοδον, αἰτήσαντά τε τὰ δόπλα καὶ ἐνδύντα, ἄγειν
αὐτὸν κελεῦσαι τὸν εἴλωτα ἐς τὸν μαχομένους, δικούς δὲ
αὐτὸν ἤγαγε, τὸν μὲν ἀγαγόντα σίχεσθαι φεύγοντα, τὸν
30 δὲ ἐσπεσόντα ἐς τὸν δημιούρον διαφθεῖην, Ἀριστόδημον
δὲ λειπούχεοντα λειφθῆναι. (3) Εἰ μὲν νυν ἦν μοῦνον
Ἀριστόδημον ἀλγήσαντα ἀπονοστῆσαι ἐς Σπάρτην, ἢ
καὶ διοῦ σφέων ἀμφοτέρων τὴν καμιδὴν γενέσθαι, δο-
κέειν ἐμοὶ οὖν ἂν σφι Σπαρτιήτας μῆνιν οὐδεμίαν προσ-
35 θέσθαι· νυν δὲ τοῦ μὲν αὐτῶν ἀπολομένου, τοῦ δὲ τῆς
μὲν αὐτῆς ἔχομένου προφάσιος, οὐκ ἔθελήσαντος δὲ ἀπο-
θνήσκειν, ἀναγκαῖως σφι ἔχειν μηνίσαι μεγάλως Ἀρι-
στόδημον.

CCXXX. Οἱ μάννυν οὕτω σωθῆναι λέγουσι Ἀριστό-
40 δημον ἐς Σπάρτην καὶ διὰ πρόφασιν τοιήνδε, οἱ δὲ ἀγ-
γελον πεμφθέντα ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἔξεδον αὐτῷ κατα-
λαβέειν τὴν μάχην γνομένην οὐκ ἔθελῆσαι, ἀλλὰ ὑπο-
μείναντα ἐν τῇ δόῳ περιγενέσθαι, τὸν δὲ συνάγγελον
αὐτοῦ ἀπικόμενον ἐς τὴν μάχην ἀποθανέειν.

45 CCXXXI. Ἀπονοστήσας δὲ ἐς Δακεδαιμόνα δ' Ἀρι-
στόδημος διειδός τε εἶχε καὶ ἀτιμίην. Πλεῦνον δὲ
τοιάδε ἡτίμωτο· οὔτε οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔναντι Σπαρτιη-
τέων οὔτε διελέγετο, δινειδός τε εἶχε δὲ τρεσσας Ἀρι-
στόδημος καλεύμενος. Ἀλλ' δὲ μὲν ἐν τῇ ἐν Πλα-
50 ταιησι μάχῃ ἀνέλαβε πᾶσαν τὴν ἐπενεχθεῖσαν, οἱ αἰ-
τίνι.

CCXXXII. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλον ἀποπεμφθέντα

ceciderant quam dimissi a Leonidae socii abierunt; hæc in-
scriptiones positæ sunt :

Cum trecentis olim myriadibus hic pugnarunt
ex Peloponneso quattuor millia virorum.

(2) Hæc in honorem omnium posita inscriptio est; in Spar-
tanorum vero memoriam privatim ista :

Hospes, nuncia Lacedæmoniis, hoc loco nos
jacere, dictis illorum obsequentes.

In Lacedæmonios igitur hoc; in valem vero istud :

Mónumentum hoc illustris Megistis, quem olim Medi
Spercheo fluvio occiderunt trajecto,
vatis, qui instans tunc fatum probe cognitum habens,
deserere tamen Spartæ duces non sustinuit.

(3) Inscriptiois istis et columnis, excepto vatis epi-
grammate, Amphictyones illos honorarunt : vatis vero Me-
gistis: epigramma Simonides posuit, Leoprepis filius, pro
hospitiī familiaritate.

CCXXIX. Narrant, ex trecentis illis Spartanis duos vi-
ros, Eurytum et Aristodemum, quum, si commune voluisse
consilium sequi, potuissent ambo aut simul salvi
Spartam redire, ut qui a Leonida e castris dimissi decubuer-
rant in Alpēs, vehementi oculorum dolore laborantes; ant,
si redire ad committones voluisse, mortem potuissent
obire cum reliquis: (2) hos igitur narrant, quum alterutrum
horum licuisset eligere, noluisse commune sequi consilium;
sed, inter se dissentientes, Eurytum, cognito Persarum
per montem circuitu, arma postulasse, captisque armis
iussisse helotam suum ad pugnantes se ducere; et, post-
quam ad illos pervenit, helotam quidem fuga salutem petiisse,
ipsum vero in hostium agmen irruentem occubuisse:
Aristodemum autem, deficiente animo, remansisse. (3)
Quodsi igitur unus Aristodemus oculorum morbo laboras-
set, eaque causa Spartam rediisset, aut si ambo simul re-
versi essent, Spartani (ut mihi videtur) nullam in eos iram
erant exercituri: nunc vero, quum alter periiit, alter, qui
in eadem causa fuerat, mori recusavit, necessario vehe-
menter irasci Aristodemo debuerunt.

CCXXX. Alii igitur, hoc modo hacque occasione Aristode-
mum, memorant, salvum Spartam evasisse: alii vero
aiunt, ad deferendum noncum quendam missum eum
fuisse e castris, et, quum pugnæ deinde interesse potuis-
set, noluisse, sed in via moratum, superstitem fuisse; so-
cium autem, qui simul cum eo missus fuerat, ad pugnam
rediisse, in eaque occubuisse.

CCXXXI. Quidquid est, Lacedæmonem reversus Aristode-
mum probro et ignominia notatus est, atque ita infamis
habitus, ut nemo Spartanorum lumen ei accenderet, nec
cum eo colloqueretur, utque per ignominiam trepidus Ari-
stodemus nominaretur. Sed idem vir in pugna ad Platæas
culpam, quæ eum premebat, dissolvit totam.

CCXXXII. Memorant etiam, alium ex trecentis, nomine

ἀγγελον ἐς Θεσσαλίην τῶν τριηκοσίων τούτων περιγνέσθαι, τῷ οὐνομα εἶναι Παντίτην· νοστήσαντα δὲ τοῦτον ἐς Σπάρτην, ὡς ἡτίμωτο, ἀπάγξασθαι.

CCXXXIII. Οἱ δὲ Θηβαῖοι τῶν δ λεοντιάδης ἐστρα-
τήγες, τέως μὲν μετὰ τῶν Ἑλλήνων ἔντες ἐμάχοντο,
ἐν' ἀναγκαῖς ἔχόμενοι, πρὸς τὴν βασιλέος στρατιῆν.
(2) ὃς δὲ εἰδὼν κατυπέρτερο τῶν Περσῶν γινόμενα τὰ
τρήγματα, οὕτω δὴ, τῶν σὺν Λεωνίδῃ Ἑλλήνων ἑπει-
γομένων ἐπὶ τὸν κολωνὸν, ἀποσχισθέντες τούτων χεῖράς
το τε προστείνοντας καὶ ξίσαν ἀσσον τῶν βαρβάρων, λέγον-
τες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων, ὃς καὶ μηδίζουσι καὶ
γῆν τε καὶ ὄντα ἐν πρώτοις ἔδοσαν βασιλέα, ὅπερ δὲ
ἀναγκαῖς ἔχόμενοι ἐς Θερμοπύλας ἀποκινάσαντας καὶ ἀνά-
τοι εἰλεν τοῦ τρώματος τοῦ γεγονότος βασιλέα. (3) Ως
τε ταῦτα λέγοντες περιεγίνοντο· εἶχον γάρ καὶ Θεσσα-
λοὺς τῶν λόγων τούτων μάρτυρας. Οὐ μέντοι τὰ γε
πάντα εὐτύχησαν· ὃς γάρ αὐτοὺς ἐλάσσον οἱ βάρβαροι
ἀλθόντας, τοὺς μὲν τίνας καὶ ἀπέκτειναν προσόντας,
τοὺς δὲ πλεῦνας αὐτῶν κελεύσαντος Ἐρέξεω ἐπιζύγον στί-
χον γματα βασιλῆα, ἀρξάμενοι ὁπό τοῦ στρατηγοῦ Λεον-
τιάδεων, τοῦ τὸν παῖδα Εύρυμαχον χρόνων μετέπειτεν
ἔφοντες Πλαταιές στρατηγίσαντα ἀνδρὸν Θηβαίων
τετρακοσίων καὶ σχόντα τὸ ἀστο τὸ Πλαταιέων.

CCXXXIV. Οἱ μὲν δὴ περὶ Θερμοπούλας Ἑλληνες
απ' οὕτω ἡγωνίσαντο· Ξέρξης δὲ καλέσας Δημάρητον ἐτρώ-
τα ἀρξάμενος ἐνθένδε, « Δημάρητε, ἀνήρ εἰς ἄγαθος.
Τεκμαίρομαι δὲ τῇ ἀληθείᾳ· δος γάρ εἴπας, ἀπαντά
ἀπέβη οὕτω. (2) Νῦν δέ μοι εἰπέ, κόσοι τινὲς εἰσὶ οἱ
λοιποὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τούτων διάστοι τοιοῦτοι τὰ
πολέμια, εἰτε καὶ ἀπάντες. » Ό δὲ εἶπε, « ὡς βασι-
λεῦ, πλῆθος μὲν πάντων τῶν Λακεδαιμονίων πολλὸν
καὶ πόλιες πολλαῖς τὸ δὲ ἔθελις ἔκμαθείν, εἰδῆσθε. (3)
Ἐστι ἐν τῇ Λακεδαιμονίῳ Σπάρτη πόλις ἀνδρῶν ὀκτα-
κισχιλίων μάλιστα, καὶ οὕτω πάντες εἰσὶ δμοῖοι τοῖσι
35 ἐνθάδε μαχεσαμένοισι· οἵ γε μὲν ἀλλοι Λακεδαιμόνιοι
τούτοισι μὲν οὐκ δμοῖοι, ἀγαθοὶ δέ. » . (4) Εἶπε πρὸς
ταῦτα Ξέρξης, « Δημάρητε, τέως τρόπῳ ἀπονήτατα
τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐπικρατήσουμεν; Ήτι ἔχηγέος σὺν γάρ
ἴχεις αὐτῶν τὰς διεξόδους τῶν βουλευμάτων οἵα βασι-
40 λεῖς γενόμενος. »

CCXXXV. Ό δὲ ἀμείβετο, « ὡς βασιλεῦ, εἰ μὲν δὴ
συμβουλεύεις μοι προθύμως, δίκαιον με τοι ἐστι φρά-
ζειν τὸ ἀριστον· εἰ τῆς ναυτικῆς στρατιῆς νέας τριη-
κοσίας ἀποστελεῖας ἐπὶ τὴν Λάκαιναν χώρην. (2) Εἴστι
45 δὲ ἐπ' αὐτῇ νῆσος ἐπικειμένη τῇ οὖνομα ἐστι Κύθηρα,
τὴν Χλων ἀνήρ περ' ήμιν σοφώτατος γενόμενος κέρδος
μέζον ἔφη εἶναι Σπαρτιῆτης κατὰ τῆς θαλάσσης κατα-
δεδυκέναι μᾶλλον ἢ ὑπερέχειν, αἰεῖ τι προσδοκέων ἀπ'
αὐτῆς τοιοῦτο ἔσεσθαι οἷόν τι ἔγω ἔχηγέομαι, οὕτω τὸν
εὐ σὸν στόλον προειδὼς, ἀλλὰ πάντα δμοῖος φοβεόμενος
ἀγδρῶν στόλον. (3) Ἐκ ταύτης ὡν τῆς νῆσου ὀρμεώ-
μενοι φοβεόντων τοὺς Λακεδαιμονίους. Παροίκους δὲ
πολέμου σφι ἔόντος οἰκήτου οὐδὲν δεινό ἔσονται τοι μὴ
τῆς ἀλλης Ἑλλάδος ἀλισκομῆνης θετὸν παῖδεν φο-

Pantilen, quum ad deferendum nuncium in Thessaliam fuisse missus, superstitem fuisse; eundem vero, quum Spartam reversus ignominia esset notatus, voluntario sus- pendio vitam finisse.

CCXXXIII. Τhebanī vero, quibus dux præter Leontia-
des, haecnen quidem a Græcorum partibus stantes, neces-
sitate coacti; adversus regis exercitum dimicaverant. (2) Ut vero superiore esse viderunt rem Persarum, quo tem-
pore Græci qui cum Leonida fuerant ad tumulum se reci-
pere properabant, his desertis, passis manibus ad barbaros
accesserunt, dicentes id quod verissimum erat, cum Medis
sese sentire; et inter primos terram et aquam regi tradidi-
se; necessitate autem coactos venisse ad Thermopylas, et a
cladis culpa regi illatae esse immunes. (3) His dictis, salvi
evaserunt; habebant enim etiam Thessalos dictorum testes.
Nec tamen prorsus feliciter eis res cessit. Nam, ut acci-
dentes eos in potestate habuerunt barbari, nonnullos etiam,
ut accedebant, interficerunt; plurimis vero Xerxis jussu
regia inusserunt stigma, initio a duce Leontiade facto;
cujus viri filium Eurymachum, interjecto tempore, Pla-
teenses interficerunt, quum quadringentorum dux fuisse
Thebanorum, quorum ope Platæensium urbem occupa-
verat.

CCXXXIV. Hoc igitur modo ad Thermopylas Græci
pugnaverant. Tum vero Xerxes vocatum ad se Demaratum
interrogavit, hoc usus sermonis introitu: « Demarate, vir
probus es: ex vero ita judico: quæcumque enim dixisti, ea
ita evenerunt. (2) Nunc autem dic mihi, quotnam numero
sint reliqui Lacedæmonii; et ex his quot sint horum similes
in re bellica, an etiam tales sint omnes. » Et ille, « Rex, in-
quit, multitudo quidem omnium Lacedæmoniorum ingens
est, et civitates sunt multæ: quod vero tu scire cupis, id
dicam. (3) Est in Laconica Sparta, civitas virorum octies
mille admodum: et hi quidem omnes similes sunt his qui
hic pugnarunt. Cæteri vero Lacedæmonii his utique non
sunt similes, at fortis tamen viri sunt. » (4) Ad hæc Xer-
xes ait: « Quonam igitur pacto, Demarate, hos homines
minimo labore subigemus? Ago, hoc mihi prome! Tu enim
vias consiliorum omnium, quibus illi utuntur, compertas
babes, quippe qui rex eorum fuisti. »

CCXXXV. Respondit Demaratus: « Quandoquidem stu-
diose tu me, o rex, consulis, æquum est ut tibi id, quod
optimum fuerit, expromam: nempe, si trecentarum navium
classem in Laconianam miseris terram. (2) Est autem prope
illam alta insula, cui nomen Cythera; de qua Chilon, vir
olim apud nos sapientissimus, dicere conueverat, ingens
lacrum fore Spartanis, si ea insula mari mergeretur potius,
quam emineret. Nempe ille, non utique tuam classem ex longo
tempore prospiciens, sed quamlibet quorūcumque homi-
num timens classem, semper veritus erat ne ex illa insula
tale quidplam patriæ suæ imminaret, quale tibi ego nunc
propono. (3) Ex hac igitur insula impetum faciens tua clas-
sis terreat Lacedæmonios: et illi, proprio finitimoque bello
pressi, nihil verendum est, ne reliqua Græcie, a pedestri-

θέωσι ταύτη. Καταδουλωθείσης δὲ τῆς ἀλλής Ἐλλάδος ἀσθενεῖσῃ δὴ τὸ Λακωνικὸν μοῦνον λείπεται. (4) Ἡν δὲ ταῦτα μὴ ποιέης, ταῦτα τοι προσδόκα ἔσεσθαι. Ἐστι τῆς Πελοποννήσου ἴσθμὸς στεινός· ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ πάντων Πελοποννησίων συνομοσάντων ἐπὶ σοὶ μάγας ἰσχυροτέρας ἀλλας τῶν γενομένων προσδέκεο ἔσεσθαι τοι. Ἐκεῖνο δὲ ποιήσαντι ἀμαρχήτι ὃ τε ἴσθμὸς ὅδος καὶ αἱ πόλεις προσχωρήσουσι. »

CCXXXVI. Λέγει μετὰ τοῦτον Ἀχαιμένης ἀδελφὸς τε ἐνν Εέρξεω καὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγὸς, παρατυχών τε τῷ λόγῳ καὶ δείσας μὴ ἀναγνωσθῆνται ποιέειν ταῦτα, « ὡς βασιλεὺς, δρέω σε ἀνδρὸς ἐνδεκόμενον λόγους δὲ φθονεῖς τοι εὖ πρήσσοντι ή καὶ προδιδοῖ πρήγματα τὰ σά. (2) Καὶ γάρ δὴ καὶ τρόποι ποιοι τοιούτοισι χρεώμενοι Ἐλληνες χαίρουσι τοῦ τε εὐτύχειν φθονέουσι καὶ τὸ χρέσσον στυγέουσι. (3) Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς παρεύσησι τύχης, τῶν νέες νενυκτηγκασι τετραχόσιαι, ἀλλας ἔκ τοῦ στρατοπέδου τριηκοσίας ἀποπέμψεις περιπλώειν Πελοποννησὸν, ἀξιόμαχοι τοι γίνονται οἱ ἀντίπαλοι· ἀλλὰς δὲ ἐνν δ ναυτικὸς στρατὸς δυσμεταχείριστός τε αὐτοῖσι γίνεται, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἀξιόμαχοι τοι ἔσονται, καὶ πᾶς δ ναυτικὸς τῷ πεζῷ ἀρχῆς καὶ δ πεζὸς τῷ ναυτικῷ, δμοῦ πορευόμενος· εἰ δὲ διασπάσεις, οὔτε σὸν ἔσει ἔκεινοισι χρήσιμος οὔτε ἐνεῖνοι σοι. (4) Τὰ σεωτοῦ δὲ τιθέμενος εὖ γνώμην ἔχε τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα, τῇ τε στήσονται τὸν πόλεμον, τὰ τε ποιήσουσι, θσοι τε πλῆθος εἰσί. Ἰκανοὶ γάρ ἐκεῖνοι γε αὐτοὶ ἑωτῶν πέρι φροντίζειν εἰσι, ἡμεῖς δὲ ἡμέων ὁσαντώς. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἦν ἡσι ἀντία Πέρσησι ἐς μάχην, οὐδὲν τὸ παρέὸν τρῶμα ἀνιεῦνται. »

CCXXXVII. Ἀμείβεται Εέρξης τοισίδε, « Ἀχαιμένες, εὖ τέ μοι δοκεῖς λέγειν, καὶ ποιήσω ταῦτα. Δημάρητος δὲ λέγει μὲν τὰ ἄριστα ἐπετεῖται εἶναι ἐμοὶ, τῷ γνώμῃ μέντοι ἔσσονται ὑπὸ σεῦ. (2) Οὐ γάρ δὴ ἔκεινό γε ἐνδέξομαι, δικῶς οὐκ εὐνοεῖς τοῖσι ἐμοῖσι πρήγματι, τοῖσι τε λεγομένοισι πρότερον ἐκ τούτου σταθμώμενος, καὶ τῷ ἔοντι, διτὶ πολιήτης μὲν πολιήτη εὖ πρήσσοντι φίουνει καὶ ἔστι δυσμενῆς τῇ σιγῇ, οὐδὲ ἀν συμβουλευμένου τοῦ ἀστοῦ πολιήτης ἀνήρ τὰ ἄριστα οἱ δοκεόντα εἶναι ὑποθέσιο, τι μὴ πρὸσω ἀρετῆς ἀνήκοι· σπάνιοι δὲ εἰσὶ οἱ τοιοῦτοι. (3) Εἴτενος δὲ ξείνων εὖ πρήσσοντι ἔστι εὐμενέστατον πάντων, συμβουλευομένου τε ἀν συμβουλεύσει τὰ ἄριστα. Οὕτω ὡν κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δημάρητον, ἔόντος ἐμοὶ ξείνου, ἔσεσθαι τινα τοῦ λοιποῦ κελεύω. »

CCXXXVIII. Ταῦτα εἴπας Εέρξης διεξῆσε διὰ τῶν νεκρῶν, καὶ Λεωνίδεω, ἀκηκοὸς διτὶ βασιλεύς τε ἦν καὶ στρατηγὸς Λακεδαιμονίων, ἐκέλευσε ἀποταμόντας τὴν χεραλὴν ἀνασταυρώσαι. (2) Δῆλας μοι πολλοῖσι μὲν καὶ ἀλλοισι τεκμηρίοισι, ἐδὲ καὶ τῷδε οὐκ ἥκιστα γέγονε, διτὶ βασιλεὺς Εέρξης πάντων δὴ μάλιστα ἀνδρῶν ἐνυπάρθη ζύοντι Λεωνίδῃ· οὐ γάρ ἀν κοτε ἐς τὸν νεκρὸν ταῦτα παρενθήσει, ἵπει τιμὴν μάλιστα νομίζουσι τῶν

bus tuis copiis oppugnatae, auxilio veniant. Domita autem reliqua Graecia, Laconicum genus per se relinquitur invadum. (4) Istud autem ni feceris, hoc futurum exspecta. Est Peloponnesi isthmus angustus; quo loco a conjuratis adversus te omnibus Peloponnesiis scito certamina multo acriora tibi, quam quae adhuc facta sunt, immobile. Istud vero si feceris, isthmus ille est civitates omnes sine pugna in tuam cedent potestatem. »

CCXXXVI. Post haec Achæmenes, frater Xerxes, et classi præpositus, qui huic colloquio intererat, veritus ne ad faciendum quod Demaratus suaserat Xerxes induceretur, hunc sermonem est exorsus: « Rex, video te sermonem admittere viri, qui tuae invidet felicitati, aut etiam prodere res tuas conatur. (2) Nam hoc uti more amant Graeci: invident alii ob felicitatem, oderuntque potentiores. (3) Quodsi tu in praesenti rerum statu, postquam quadringentæ nostrorum navium naufragium fecerunt, alias trecentas de classe dimiseris quæ Peloponnesum circumnavigent, erunt nobis hostes ad resistendum pares: sin conjuncta manet nostra classis, difficilis illis erit ad oppugnandum, omninoque resistere tibi neutiquam poterunt. Adhæc universæ navales copiæ terrestribus erunt præsidio, et terrestres copiæ navibus, una iter facientes: quos si diremeris, nec tu illis utilia esse poteris, nec illæ tibi. (4) Quodsi tuæ rationes recte erunt initæ, sic induc animum, ut nihil cures res adversariorum, quo loco gesturi sint bellum, quidve agant, aut quanta sit illorum multitudine. Satis ipsi idonei sunt suas res curare, atque nos nostras. Lacedæmonii vero, si contra Persas in pugnam progredientur, ne unam quidem hanc præsentem cladem reparabunt. »

CCXXXVII. Cui Xerxes his verbis respondit: « Achæmenes, recte tu mibi dicere videris, atque ita faciam. Demaratus autem ea dicit, quæ meis rebus ipse utilissima iudicat: ejus tamen sententia a tua superatur. (2) Nam istud quidem non admitto, non bene eum cupere meis rebus: documento quippe mihi sunt quum superiores ejus sermones, tum res ipsa. Etenim civis quidem invidet felicitati civis, et tacite ei insensus est; nec facile civis, a popularium aliquo consultus, ea illi quæ ipsi optima videntur suaserit, nisi probabiles in virtute progressus fecerit: cujusmodi rari sunt homines: (3) hospes vero hospiti felici benevolentissimus est, et consultanti lubens optima suaserit. Itaque maledicentia adversus Demaratum, qui meus hospes est, abstinere dehinc quemlibet jubeo. »

CCXXXVIII. Hæc Xerxes postquam dixit, per cæsorum cadavera transiit; et Leonidæ, ut audivit regem hunc et ducem Lacedæmoniorum fuisse, abscindi caput et e palo erigi jussit. (2) Ac mihi quidem quum aliis documentis, tum vero maxime hoc ipso, sit manifestum, Xerxem vivo Leonidæ omnium hominum maxime iratum fuisse: aliqui enim numquam in mortui corpus ita nefarie sæviturus erat, quandoquidem maxime omnium, quos novi, hominum Per-

έγω οἶδα ἀνθρώπων Πέρσαις ἀνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐπόσεν, τοῖσι ἐπετέτακτο ποιέντι.

CCXXXIX. Ἀνειμὶ δὲ ἔκεισε τοῦ λόγου τῇ μοὶ τὸ πρότερον ἔξελιπε. Ἐπύθοντο Λακεδαιμόνιοι ὅτι βασιλεὺς στέλλοιτο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πρῶτοι, καὶ οὕτω δὴ ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψαν, ἔνθα δὴ σφι ἐγρήσθη τὰ δλίγω πρότερον εἴτα· ἐπύθοντο δὲ τρόπῳ θωμασίᾳ. (2) Δημάρητος γὰρ δὲ Ἀρίστωνος φυγὴν ἐς Μήδους, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, καὶ τὸ οὐκος ἐμοὶ συμμά-
10 ιοῦχεται, οὐκ δὴ τὴν εὔνοος Λακεδαιμονίοισι, πάρεστι δὲ εἰκάσειν εἴτε εὐνοίη ταῦτα ἐποίησε εἴτε καὶ καταχαιρών. (3) Ἐπειτα γὰρ Ξέρκη ἔδοξε στρατηγατείν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐών ἐν Σούσοισι δὲ Δημάρητος καὶ πυθόμενος ταῦτα ἥθλησε Λακεδαιμονίοισι ἔξαγγειλαι. Ἀλλι-
15 λως μὲν δὴ οὐκ εἶχε σηκῆναι· ἐπικίνδυνον γὰρ δὴ μὴ λαμφθείη· δὲ μηχανᾶται τοιάδε. (4) δελτίον διπτυχον λαβὼν τὸν χηρὸν αὐτῷ ἔξεκνησε, καὶ ἐπειτεν ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ δελτίου γραψε τὴν βασιλέος γνώμην, ποιήσας δὲ ταῦτα δπίσω ἐπέτηξε τὸν χηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα παρέχοι πρὸς τῶν δοφυλάκων. (5) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπίκετο ἐς τὴν Λακεδαιμονίαν, οὐδὲ εἶχον συμβαλέσθαι οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὶν γε δὴ σφι, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, Κλεομένεος μὲν θυγάτηρ, Λεωνίδεω δὲ γυνὴ Γοργώ
25 ὑπέθετο ἐπιφρασθεῖσα αὐτῇ, τὸν χηρὸν κνᾶν κελεύσαται, καὶ εὑρήσειν σφέας γράμματα ἐν τῷ ξύλῳ. (6) Πεθόμενος δὲ εὗρον καὶ ἐπέλεξαντο, ἐπειτεν δὲ τοῖσι ἀλλοῖσι Ἑλλησι ἐπέστειλαν. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι.

sae honorare fortes viros consueverunt. Illi igitur, quibus id imperatum est, iussa executi sunt.

CCXXXIX. Sed redeo ad eam narrationem, quam superius imperfectam reliqui. Parat regem expeditionem adversus Graeciam primi resciverant Lacedæmonii, idque mira quadam ratione resciverant. Ideoque ad Delphicum miserunt oraculum, ubi illud eis editum est responsum, quod paulo ante commemoravi. (2) Demaratus enim, Aristonis filius, exsulans apud Medos, ut equidem existimio, et ratio mecum militat, non bene animatus fuit in Lacedæmonios. Conjectare igitur licet, utrum benevolo hoc fecerit animo an insultandi causa. (3) Postquam decrevit Xerxes exercitum adversus Graeciam ducere, Demaratus tunc Susis præsens, ubi id rescivit, Lacedæmoniis voluit significare. Qui quum aliam rationem, qua id eis significaret, non haberet, quum periculum esset ne deprehendetur, tali usus est commento: (4) sumpta duplicita tabella, ceram ex ea erasit, et ligno tabellæ consilium Xerxis inscripsit: quo facto, scriptum istud infusa cera denuo obduxit, ne nudam ferenti tabellam molestia exhiberetur a viarum custodibus. (5) Postquam vero Lacedæmonem perlati tabella est, conjectare Lacedæmonii, quid rei esset, prius non potuere, quam (ut equidem accepi) Cleomenis filia, Leonidae uxor, Gorgo, eos docuisse. Hæc enim re secum perpensa, eradi ceram jussit, atque ita in ligno reperturos esse scripturam ait: (6) cui obsequentes illi scripta intus repererunt legerintque, ac deinde reliquis Graecis legenda miserunt. Hæc igitur ita gesta esse memrant.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

(ΟΥΡΑΝΙΑ.)

I. Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες ἔσαν οἵδε, Ἀθηναῖοι μὲν νέας παρεχόμενοι ἐπτὰ καὶ τῷ εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες, ἀπειροὶ τῆς ναυτικῆς ἔόντες, συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναῖσι τὰς νέας. (2) Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα νέας παρεχόντο, Μεγαρέες δὲ εἴκοσι· καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρουν εἴκοσι, Ἀθηναίων σφι παρεχόντων τὰς 40 νέας, Αἰγινῆται δὲ δικτυακίδεκα, Σικινύοις δὲ δυοκαίδεκα, Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα, Ἐπιδαύριοι δὲ δώκι, Ἐρετρίες δὲ ἐπτά, Τροιζήνιοι δὲ πέντε, Στυρέες δὲ δύο καὶ Κεῖοι δύο τε νέας καὶ πεντηκοντέρους δύο· Λοχροὶ δὲ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβάθμεον πεντηκοντέρους τῷ ἔχοντες ἐπτά.

ΗΕΡΟΔΟΤΟΣ.

HERODOTI HISTORIARUM LIBER OCTAVUS

(URANIA.)

I. Græci populi in classem descripti, hi fuere: Athenienses naves præbuerant centum viginti septem; Platæenses vero, quum rei nauticæ essent expertes, sua virtute studioque incensi, simul cum Atheniensibus naves Atticas propugnatoribus compleverant. (2) Corinthii quadraginta præbuerant naves: Megarenses, viginti. Chalcidenses item viginti compleverant; sed naves illis suppeditarunt Athenienses. Eginetæ octodecim naves præbuerant: Sicyonii, duodecim: Lacedæmonii, decem: Epidaurii, octo: Eretrientes, septem: Træzenii, quinque: Styrenses, duas: Cei, duas naves (triremes) et duas actuarias quinquaginta remorum: Locri denique Opuntii septem actuarias quinquaginta remorum auxilio venerant.

II. Ἐσαν μὲν ὧν οὗτοι οἱ στρατευόμενοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον, εἰρήται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἔκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. Ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἦν, πάρεκ τῶν πεντηκοντέρων, μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι. (2) Τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα παρείχοντο Σπαρτιῆται Εὐρυβιάδεσσα τὸν Εύρυλείδεων οὗ γάρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢν μὴ δ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναῖσι δέ φεσθαι ἡγεμόνεοι, ἀλλὰ λύσει τὸ μέλλον ἔσεσθαι στρά-
10 τευμα.

III. Ἐγένετο γάρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρὶν δὲ καὶ ἐς Σικελίην πέμψαις ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναῖσι χρεών εἴη ἐπιτράπειν. Ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι πε-
15 ριεῖναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ γνώντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέται δὲ Ἑλλάς, δρῦδες νοεῦντες· (2) στάσις γάρ ἐμφυλος πολέμου διμορφούντος τοσούτῳ κάκιόν ἔστι διφερομένος εἰρήνης. Ἐπιστάμενοι ὧν αὐτῷ τοῦτῷ οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον, μέχρι δουσι κάρτα
20 ἐδέοντο αὐτῶν, ὡς διέδεκαν· (3) ὡς γάρ διωσάμενοι τὸν Πέρσην περὶ τῆς ἐκείνου ἥδη τὸν ἀγώνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Παυσανίεω θύρην προΐσχυμενοι ἀπειλούντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν
βατερὸν ἐγένετο.

IV. Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι ὡς ἔλον νέας τε πολλὰς καταχθεῖσας ἐς τὰς Ἀρετὰς καὶ στρατιῆς ἀπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖς παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἡ ὡς αὐτοὶ κατεδόκειν, καταρρωδήσαντες δρησμὸν ἔσουλεύοντο
25 ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμίσιου ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. (2) Γνόντες δέ σφεας οἱ Εὐδοέες ταῦτα βουλευομένους ἐδέοντο Εὐρυ-
βιάδεων προσμεῖναι χρόνον δλίγον, ἔστ' ἀν αὐτοὶ τέκνα
τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκλέωνται. (3) Ως δὲ οὐκ ἐπεί-
28 θον, μεταβάντες τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πάθουσι Θεμιστοκλέα ἐπὶ μισθῷ τριήκοντα ταλάντοισι, ἐπ' ὃ
τε καταμείναντες περὶ τῆς Εὐδοίης ποιήσονται τὴν ναυ-
μαχίην.

V. Οἱ δὲ Θεμιστοκλέης τοὺς Ἑλληνας ἐπισχεῖν ὔδε ποιέει. Εὐρυβιάδη τούτων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ
30 πέντε ταλάντα ὡς παρ' ἑωυτοῦ δῆθεν διδούν. Ως δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, (Ἀδειμάντος γάρ δὲ Μήδιον Κορινθίων στρατηγὸς τῶν λοιπῶν ἡσπαῖρε μοῦνος, φάμενος ἀποπλύσεοντα τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμίσιου καὶ οὐ παραμενεῖν,) (2) πρὸς δὴ τούτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπο-
35 μόσας, « οὐ σύ γε ἡμέας ἀπολεῖψεις, ἐπεὶ τοι ἐγὼ μέλω δύναρα δύσω η̄ βασιλεὺς δὲν τοι δὲ Μήδων πέμψεις ἀπο-
λιπόντι τοὺς συμμάχους. » Ταῦτα τε δματα ἡγόρευε, καὶ πέμπεις ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου ταλάντα ἀργυροῦ τρία. (3) Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι ἀναπεπει-
40 σμένοι ἔσαν, καὶ τοῖσι Εὐδοέσσι ἐκεχέριστο, αὐτός τε δὲ Θεμιστοκλέης ἐκέρδην, ἐλάνθανε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων,
ἀλλ' ἡπιστέατο οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν χρημάτων ἐκ τῶν Ἀθηνέων ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ χρή-
ματα.

II. Hi igitur fuere, qui ad Artemisium militarunt : di-
xique etiam, quem navium numerum singuli populi con-
tulerint. Fuit autem collectorum ad Artemisium navium
universus numerus, actuarii quinquaginta remorum exce-
ptis, ducentæ septuaginta et una. (2) Imperatorem autem,
penes quem imperii summa erat, præbuerant Spartani, Eu-
rybiadē, Euryclidē filium. Dixerant enim socii, nisi Laco
summum obtincret imperium, non se secuturos esse Ath-
enientes duces; sed exercitum, qui futurus esset, dissolu-
turos.

III. Etenim jam initio, priusquam in Siciliam petendæ
societatis caussa misissent, agitatus sermo erat, Athenien-
sibus permittendum esse classis imperium. Contradicentibus
vero sociis cesserant Athenienses, quod magni ficerent ser-
vari Græciam, pulcreque nossent, si de principatu inter sese
